

1672.



OFFICIA PROPRIA

ECCLESIAE

ET DIOECESIS

GADICENSIS. X

*Olim iussu Illustrissimi D. D. Francisci Guerra,
denuo à Governatore per Illustrissimum
D. D. Didacum del Castrillo
in lucem edita.*



GADIBUS.



Ex Typographia S. Ecclesiae. Anno 1673.



LICENCIA.

EL Lector Don Bartolomé de Escoto, Boorquez, Cœantre y Canonigo de la Santa Iglesia de Cadix, Governador, Provisor. y Vicario general en ella, y su Obispado. doy licencia à Bartolomé Nuñez de Castro, Mercader de Libros, para que pueda imprimir el Quaderno de los Santos de este Obispado, de que por mandado de el Illustrissimo señor Obispo Don Fray Francisco Guerra, se mandó rezer, y juntamente los que de los se han añadido por concession particular, y están en un Quaderno todos pertenecientes à esta Santa Iglesia, y las demás de su Obispado; y el rexo de San Diego de Alcalà, que nuevamente à instancias del Illustrissimo señor Don Diego del Castrillo se ha concedido; atento á aver visto dicho Quaderno, y ostar conforme á las Rubricas del Breviario. Dada en Cadex en 6. de Noviembre de 1673.

Doct. Escoto.

Por mandado del señor Governador Provisor.
y Vicario general.

Andres Moscoso Hidalgo,
Notario mayor

FRANCISCVS GVERRA
miseratione divina Episcopus Gadicensis, Reginusq̃
Consiliarius Capitulo nostro, & vniuerso
Clero nostræ Diœcesis salutem
in Domino,

Quamvis Breviarium Romanum ex decreto sacrosancti Concilij Tridentini restitutum, iussuque SS.D.N Pij V. Pap. maximi in lucem editum iniungit vniuersis Clericis vnâ tantum formulam dicendi Horas Canonicas; cæteraque prohibeat; quia tamen non erat æquum, singulas Ecclesias debito Cultu, & lectione Sanctorum suorum, quos tamquam Parentes, & Cœlestis Doctrinæ Magistros semper veneratæ sunt; defraudari. Idem Pontifex, ac deinceps Gregorius XIII. decreverunt, vt singulæ Ecclesiæ Sanctorum suorum, qui vel ex illa sunt Orientali, vel illius Ecclesiæ, seu Diœcesis Patroni, vel titulares existunt, vel insignes Reliquiæ in ea requiescunt proprium, ac peculiare illorum Officium celebrare possent, dummodo dicti Breviarij normæ, & regulis conformentur. Et cum hæc nostræ Diœcesis (cui Diuina dispensatione licet in digni præsumus.) Tantorum Sanctorum Doctrina & sanguine sit decorata; iustum est, vt eorum debitæ laudes meditemur, & canamus, vt quos in nostris finibus paternæ charitas in Cœlum euexit, eisdem filiali veneremur obsequio, vt vrbis extitit, domicilium, ibi etiam sit, & gloriæ principatus. Quam ob rem tenere præsentium vobis omnibus, & singulis nostræ ditionis Clericis, & monialibus mandamus, & iniungimus, vt in festiuitatibus

sequentibus; & in hoc libello contentis, nempe, Sanctorum
Fœlicis, & Januarij martyrum Calpensium, Sancti Hiscij
martyris, & Episcopi D. œcesani, Sanctorum Epitafij, & Basi-
lei martyrum, quorum prior fuit Episcopus. Conchenfis, Pa-
tria Gaditanus, alter vero primus huius Civitatis Episcopus,
Sancti Firmi martyris opidi de Beger; Sanctorum Lucix, &
sociorum martirum Calpensium; Sanctorum Mariæ Sulan-
næ, & Marthæ eius matris martyrum Gadicensium; Sancti
Eutichij, qui pro fide Catholica Gadibus passus est, nec non,
& translationis Sancti Jacobi Apostoli his officijs, ac precan-
di ratione, & forma, & non alia deinceps publice, & priva-
tim utramvis, curantes semper, ut voci adsit mentis affectus;
& ore placentes corde cœlestia meditemur; & ut ait Divus
Augustinus; son o linguæ, & labijs sonantibus actus iustitiæ,
& opera pronuntiata respondeat. Quo etiam fiet, ut Sanctis
debitum famulatum ex solventes, eorum pariter suffragia


pro mereamur, & nostri grandi muneris rectam Deo

rationem reddentes fructus, & præmia debita

reportemus. Gadibus, die 5.

mensis Aprilis, anno

1652.



ICCTOR D. D. BARTHOLOMEVS DE ESCOTO
et Loerquez, Cantor, & Canonicus almæ Ecclesiæ Gad-
icensis, Gubernator, Provisor, & Vicarius generalis, huius
Diœcesis per Illustrissimum, & R. R. D. D. Didacum del
Castrillo, Episcopum Gaditanum, eiusdemque nomine Ca-
pitulo, & universo Clero huius Diœcesis salutem in Domino.

Sanctorum Cultus pia est iustorum recordatio, qui Po-
steris integritate vitæ exempla reliquerunt, & nos (ne
eorum memoria deleatur) superiori decreto R. R. DD.
Francisci Guerra Episcopi Gadicensis inhærendo; cum festi-
vitatibus in eo numeratis alia plura officia, & festa aliquo-
rum Sanctorum, quorum Reliquæ insignes in alma Eccle-
sia requiescunt, & reverenter coluntur, nec non aliorum San-
ctorum quorum officia à sacra Sede huic Diœcesi peculia-
riter concessa, & in hoc libello contenta denuò accessere: Re-
maturis (quod nostri muneris est) cum R. R. Dominus Ca-
pituli perspecta; ex integro, eaque facultate, qua ab Illustri-
simo D. D. Didaco del Castrillo, Antistite Gadicensi com-
municamur, & possumus, decrevimus, ut vos omnes, & singu-
li huius Diœcesis qui ad horas Canonicas recitandas obstrin-
gimini, officijs, eo quo modo huic ea continentur, uti possi-
tis, & in Domino nostro Jesu Christo exhortamur, ut quo-
rum doctrina, & vitæ integritate instruimur, eorum exem-
pla sequamur, ut suffragio, ac meritis eorum adiuvemur. Ga-
dibus, die 1. Novemb. anno 1673.

OFFICIA PROPRIA

S A N C T O R V M


ECCLESIAE GADICENSIS,

ET DIŌCESIS.

FESTA IVANVARIJ.

ut in cōi. reliqua ut supra notantur.

Die vii. Ianuarij.



IN Festo Ss. Fœlicis, & Ianuarij
mart. Gadibus, & in Diœcesi,
semid.

Die xiv. Ianuarij.

¶ *En Gibraltar, duplex mai.*

*In Festo Ss. Nominis Iesu, duplex ma-
ius. Gadibus, & in Diœcesi recitandum.*

¶ *Quia incidit infra octavam Epipha-
nia transfertur in primam diem festo du-
plici, vel semid. non impeditam.*

Ad vesperas à Capitulo fit de hoc festo.

*Ant. Omnis qui invocaverit no-
men Domini salvus erit.*

Oratio.

*Psalmi Dixit Dominus. Cum reli-
quis de Dñica, loco ultimi Psalmi. Cre-
didi.*

DEUS, qui nos concedis Sancto-
rum martyrum tuorum Fœ-
licis, & Ianuarij natalitia co-
lere, da nobis in æterna beatitudi-
ne de eorum societate gaudere. Per
Dominum nostrum.

*Ant. Sanctum, & terribile nomen
eius, initium sapientie timor Dñi.*

*Ant. Ego autem in Domino gau-
debo, & exultabo in Deo Iesu meo.*

*Omnia de cōi. plurimorum martyr.
In primo nocturno de scriptura occur-
rente.*

*Ant. A solis ortu vsque ad occa-
sum laudabile nomen Domini.*

*Ant. Sacrificabo hostiam laudis,
& nomen Domini invocabo.*

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Sermo S. Augustini Episc. Quo-
tiescumque.

Capitulum.

*In 3. noct. Homilia in Evangelium:
Cum audieritis.*

FRATRES Christus humiliavit se-
metipsum factus obediens, vs-
que ad mortem, mortem autem
Crucis, propter quod, & Deus exal-
tavit illum, & dedit illi nomen,
quod est super omne nomen, ut in

¶ *En Gibraltar, dup. mai. lectiones
primi noct. Fratres debitores sumus,*

Nomine Jesu omne genuflectatur.

Hymnus.

Jesu dulcis memoria
 Daus vera cordi gaudia,
 Sed super mel, & omnia,
 Eius dulcis praesentia.
 Nil canitur suavius,
 Nil auditur iucundius,
 Nil cogitatur dulcius,
 Quam Jesu Dei Filius.
 Jesu ipes paenitentibus,
 Quam pius es petentibus
 Quam bonus te quarentibus,
 Sed quid invenientibus.
 Nec lingua valet dicere,
 Nec littera exprimere:
 Expertus potest credere,
 Quid sit, Jesum diligere.
 Sis Jesu nostrum gaudium,
 Qui es futurus premium
 Sit nostra in te gloria
 Per cuncta semper saecula. Amen
 r. Sit nomen Domini benedictum,
 Alleluia.
 R. Ex hoc nunc, & usque in saeculum,
 Alleluia.
Ad Magnific. Ant. Fecit mihi magna, qui potens est, & Sanctum nomen eius.

Oratio.

DEVS, qui vnigenitum Filium tuum constituis humani generis Salvatorem, & Jesum vocari iussisti concede propitius, vt cuius Sanctum nomen veneramur in terris, eius quoque aspectu perfruamur in Coelis. Per eundem Dominum, &c.

Postea fit commemoratio octauae Epiphaniae, & S. Felicis mart.

Ad Completorium, & per horas in fine Hymnorum dicitur: Gloria tibi Domine, siui natus es de virgine.

Ad matutinum.

Invitatorium. Admirabile nomen Jesu, quod est super omne nomen.

* Venite adoremus. *psalmus.* Venite

Hymnus.

Jesu, Rex admirabilis,
 Et triumphator nobilis
 Dulcedo ineffabilis
 Totus desiderabilis.
 Quando cor nostrum visitat,
 Tum lucet ei veritas,
 Mundi vilescit vanitas,
 Et intus feruet charitas.
 Jesu dulcedo cordium,
 Fons vivus, lumen mentium
 Excedens omne gaudium,
 Et omne desiderium.
 Jesum omnes agnoscite,
 Amorem eius posside,
 Jesum ardentes querrite,
 Quarendo in ardescite
 Te nostra Jesu vox loquat,
 Nostrum te mores exprimant,
 Te corda nostrae diligant,
 Et nunc, & in perpetuum, Amē.

IN PPIMO NOCTVRNO.

Ant. Domine Dominus noster, qui admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Isalmi ad omnes nocturnos, qui dicuntur in officio paruo B. Mariae.

Ant. In nomine Jesu omne genuflectatur celestium, terrestrium, & infernorum.

Ant.

Anna. Confitemini Domino, & invocate nomen eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eius.

V. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo.

R. Multum est enim.

De actibus Apostolorum.

Lection. Cap. 3.

Petrus autem, & Joannes ascēdebant in Templum ad horam Orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam Templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret elemosinam ab introeuntibus in Templum. Et cum vidisset Petrum, & Joannē incipientes introire in Templum rogabat ut elemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cū Joanne; dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum, & aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni, surge, & ambula, & apprehensa manu eius dextera allevavit eum. Et protinus cōsolidatæ sunt bases eius & plantæ: Et exiliens stetit, & ambulabat. Et intravit cum illis in Templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

R. Ecce concipies, & paries filium: & vocabis nomen eius Jesum.

* Ipse enim salvum faciet populum tuum a peccatis eorum. *V.* Voca-

tum est nomen eius Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Ipse enim.

Lection. 2.

Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum, & cucurrit ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus, respondit ad populum. Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos, quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus, hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum: quem vos quidē tradidistis, & negastis ante faciē Pilati: Iudicāte illo dimitti. Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis. Auctore verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius. hunc, quem vos vidistis, & nostis confirmavit nomen eius; & fides, quæ per eum est, dedit integrā sanitatē istā in conspectu omnium vestrū.

R. Benedictum est nomen tuum Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus misericordix recordaberis.

* Et in tempore tribulationis peccata dimittis. *V.* Et benedictum nomen maiestatis tuæ in æternum, qui facis mirabilia solus. Et in tempore.

Lection. iii. Cap. 4.

Factum est autem in crastinum, ut congregarentur Principes eorum, & seniores, & scribæ in Jerusalem,

& Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas; & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali; & statuentes eos in medio, interrogabāt: in qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu Sancto, Petrus dixit ad eos: Princeps populi, & seniores audite; si noshodie di iudicamur in benefactiohominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notū sit omni vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, quē vos Crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis: in hoc iste adstat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. Nec enim alium nomen est sub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

R. Laudabo nomen tuum assidue; & collaudabo illud in confessione. *V.* Latabor, & exultabo in te; psallam nomini tuo Altissime. Et collaudabo. Gloria Patri. Et collaudabo.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Ant. Memores erunt nominis tui, Domine, in omni generatione, & generationem.

Ant. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in id ipsum. *Ant.* Omnes gentes, quas cumque fecisti venient, & adorabo coram te Domine, & glorificabo nomen tuum.

V. Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

R. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sermo S. Bernardi Abatis.

Lectio iv.

Non otiose Spiritus Sanctus nomen Sponsi Oleo comparat: cum ita docet sponfam ad sponsum clamare: Oleum effusum nomen tuum. Oleum enim lucet, pascit, & vngit, fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus medicina. Vide idē nunc, & de sponsi nomine. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit, & vngit. Et percurramus singula. Vnde putas in toto Orbe, tanta, & tam subita fidei lux, nisi deprecato nomine Iesu? Nonne in huius nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & lumine isto videntibus lumen, dicat merito Paulus: fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

R. Sperent in te, qui vovetur nomen tuum. * Quoniam non dereliquisti querentes te Domine.

V. Exurge Domine, adiuva nos, & libera nos propter nomen tuum, Quoniam.

Lectio v.

Hoc deniq. nomen coram regibus, & gentibus, & filiis Israel portare iussus est idē Apostolus, & portabat nomen tanquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat ubique. Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Abijciamus ergo

ergo operatenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annūtiāns in omni loco Jesum; & hunc Crucifixum. Quomodo lux ista resplenduit, ac prestinxit cunctorum inuentum oculos, quando de ore Petri, tamquam fulgur egrediens, claudi vnius corporales plantas, solidavit, & bases: multosque spiritua-liter cæcos illuminavit? Numquid non in nomen sparsit, cum ait: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula?

R. Confiteamur nomini tuo magno. * Quoniam terribile, & sanctum est. V. Hi incurribus, & hi in equis nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. Quoniam

lectio vi.

Nec tantum lux est nomen Jesu sed est cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æque mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus? Virtutes roborat? Vegetat mores bonos, atque honestos? Castas fovet affectio res? Aridus est omnis animæ cibus, si nō Oleo isto infunditur: insipidus est si non hoc sale conditur. Si scribas non sapit mihi, nisi legero ibi Jesu. Si disputes, aut conferas; non sapit mihi nisi sonuerit ibi Jesus. Jesus mel in ore, in aure meles, in corde iubilus. Sed est medicina. Tristatur aliquis nostrum? Veniat in cor eius Jesus, & inde saliat in eos. Et ecce ad exitum nominis lumen nubilū

omne diffugit. reddit serenum. Labitur quis in crimen? Currit insuper ad laqueum mortis desperando? Nonne, si invocet nomen vitæ. Confestim desperavit ad vitam?

R. Extentur omnes, qui sperant in te, Domine, in æternum exaltabunt. & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes. * Qui diligunt nomen tuum. V. Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Qui diligunt. Gloria Patri. Qui diligunt.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Añā. Cantate Domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius,

Añā. Secundum nomen tuum Deus sic, & laus tuas in finis terræ, iustitia plena est dextera tua.

Añā. Cantate Deo, & Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi,

V. Afferte Domine gloriam, & honorem.

R. Afferte Domino gloriam nomini eius.

Sancti Evangelij secundum
lectio vii. Cap. 2. Evangelij

IN illo tempore; postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Jesus. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Sermo 1. de Circumcisione.

MAGnum, & mirabile Sacramentum. Circumciditur puer, &

vocatur Iesus. Quid sibi vult ista conexio? Circumcisio nempe magis salvandi, quam Salvatoris esse videtur; & Salvatorem Circumcidere potius decet, quam circumcidi; sed agnosce mediatorem Dei, & hominū, qui ab ipso Nativitatis suæ exordio divini humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere; sed cuius cunctitatis fructus sic accedat, ut nō decidat flos virginietatis. Pannis involuitur, sed pāni ipsi Angelicis laudibus honorantur. Abconditur in præsepio: sed proditur radiante Stella de Cælo. Sic, & Circumcisio veritatem susceptæ probat humanitatis & nomen, quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestatis. Circumciditur tamquā verus Abraham filius, Iesus vocatur tamquam filius Dei.

¶ Tribulationem, & dolorem invenī. * Et nomen Domini invocavi. ¶ Turris fortissima nomen Domini, in ipso speravi, & adiutus sum. * Et nomen.

Lectio viij.

NEque enim adītar priorum meus iste Iesus nomē vacuū, aut inane portat. Non est in eo magni nominis umbra, sed veritas. Cœlitus siquidem inditum nomen Evangelista testatur, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Et attende verbi profunditatem, postquam natus est Iesus, Iesus vocatur ab hominibus, qui vocatus est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Idem

quippe, & Angeli salvator, & hominibus, sed hominis ab Incarnatione, Angeli ab initio creaturæ. Vocatū est aut, nomen eius Iesus quod vocatum est ab Angelis: in ore ergo duorum, vel trium testium stat omne Verbum, & ipsum quod in Prophetia abbreviatum, manifestius in Evangelio legitur, caro factum.

Nona lectio legitur de sancto Felice martyr, vel de Homilia Dominica si in ea inciderit.

Ad laudes, & per horas, Ant. Oleū effusum nomen tuum, idē adolescentulæ dilexerunt te. Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica

Ant. Scitote, quia Dominus ipse est Deus, cuius nomen in æternum.

Ant. Sitivit anima mea ad nomē Sanctum tuum Domine.

Ant. Benedictum nomen gloriæ suæ Sanctum, & laudabile, & super exaltatum in sæcula.

Ant. Invenes, & Virgines, senes. Cum iunioribus laudate nomen Domini, quia exaltatum est nomen eius solius.

Capitulum. Fratres, Christus humiliavit, ut in vesp.

Hymnus.

Jesu decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum.
Qui te gustant esuriunt,
Qui bibunt adhuc sit iunt
Desiderare nesciunt,
Nisi Iesum, quem diligunt.
O Iesu mi dulcissime,

Spes suspirantis animæ,
Te quæruor pie lachrymæ,
Te clamor mentis iutimæ.

Mane nobiscum Domine,
Et uos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,

Mundo reple dulcedine.
Iesu, flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis
Tibi laus honor nominis
Regnum beatitudinis, Amén.

V. Adiutorium nostrum in nomi-
ne Domini.

R. Qui fecit Cœlum, & terram.

Ad Bñus. Añs.

Dedit se, vt liberaret populum,
& acquireret sibi nomen æternum.
Alleluia.

Oratio ut supra; postea fit commemoratio sancti altissimi in Breviario, vel de Dominica.

Ad Tertiam. Añs. Scitote. Capitulum Fratres. Christus humiliavit.

R. breue. Sit nomen Domini benedictum. * Alleluia, Alleluia.

V. Ex hoc nunc, & vsque infæculum. Alleluia, Alleluia.

Gloria Patri, &c. Sit nomen.

V. Afferte Domino gloriam, & honorem. Alleluia.

R. Afferte Domino gloriam nomini eius. Alleluia.

Ad Sextam.

Añs. Sitiuit. Capitulum. Philip. 2.

In nomine Jesu omne genuflectatur, cœlestium terrestrium; & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus. Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

R. breue. Afferte Domino gloriā, & honorem. * Alleluia, Allel.

V. Afferte Domino gloriam nomini eius. Alleluia, Alleluia.
Gloria Patri. Afferte.

V. Magnificate Dominum mecum. Alleluia.

R. Et exaltemus nomen eius in id ipsum. Alleluia.

Ad Nonam.

Añs. iuuens. Capitulum. Colos. 2.
Omne, quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi facite, gratias agentes Deo, & patri per ipsum.

R. breue. Magnificate Dominum mecum. * Alleluia. Alleluia.

V. Et exaltemus nomen eius in id ipsum. Allel. Gloria Patri. Magnificate.

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini, Alleluia. R. Qui fecit Cœlum, & terram, Alleluia.
In secundis vespers omnia sicut in primis.

Añs. ad Magnificat.

Vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Alleluia. *Oratio ut supra, deinde fit commemoratio sancti Pauli primi Heremita.*



FESTA FEBRVARIJ.

Die 14. Februarij.

In festo s. Valentini martyris, duplex propter insignem reliquiam, quæ observatur in Cathedrali.

si hoc festum venerit in Dominica.

Quinquagesima, & reliquarum, vel in feria 4. Cinerum trans fertur in primam diem festo duplici, vel semiduplici non im peditam.

In Diœcesi officium simplex, ut in Bre viario; omnia de cœi, vnius martyris.

Oratio.

PRæsta quæsumus, Omnipotens Deus, vt qui Beati Valentini martyr istui natalicia colimus à cunctis malis imminuentibus eius intercessionem liberemur. Per Domi num,

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectioes de Scriptura occurrente.
Si verd venerit in Quadragesima, legun tur lectioes: Fratres debitores sumus, de cœi, plurimorum martyrum.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Triumphalis, ut in secundo noctur u vnius martyris.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secun dum Matthæum. Cap. 10.

Lectio vii.

IN illo tempore, dixit Iesu Disci pulis suis: Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere, in terrâ, non veni pacem mittere, sed gla dium, & reliqua.

De Homilla Sancti Hieronimi Præsbyteri. Lib. 1. in Matth. Cap. 10. in Octauario Romano.

Legimus in Propheta David, ad excusandas excusationes in peccatis: quod multi peccatorum suorum

quasi iustis prætendant occasiones vt quod voluntate delinquant, videantur necesse peccare. Domi nus scrutator cordis, & renum fu turas cogitationes in singulis con tuitur, dixerat: Qui recipit vos, me recipit; sed hoc præceptum multi Plendo Propheta, & falsi Prædica tores poterat impedire, medicatus est huic quoque scandalo, dicens, qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. *Tu autem Domine.*

Lectio viii.

Rursus poterat alius causari, & di cere: paupertate prohibeor, tenui tas me retinet, vt hospitalis esse nō possim, & hanc excusationem laxi ssimo præcepto diluit, vt Calicē aquæ frigide, toto animo porriga mus: Frigide, inquit, aquæ, non ca lidæne, & incali a paupertatis ex penuria lignorum occasio querere tur tale quid, & Apostolus ad Ga latis præcepit. Communet autē is, qui Carthechizatur verbo ei, qui se Carthechizat, in omnia bonis.

Si venerit in Quadragesima nona le- cto legitur de Homilia feria cum comme moratione in Laudibus. Extra eam legi tur sequens lectio.

Lectio ix.

Et Discipulos ad Magistrorum refrigeria cohortatur. Quia pote rat quislibet obtendere paupertatem, & præceptum eludere prius quam ille proponat imminere sol vit questionem, dicens: Nolite erra re, Deus non irridetur, quæ enim se

In Quadragesima legitur nona lectio
Homilia feria, cum commemoror.



Te Deum Laudamus.



In Festo sancti Hieronij Episcopi, & martyris Diocesani, Gadibus, & in Diacesi, Duplex. En Gibraltar, dupl. maius.

*si hoc festum venerit in Dominicis
post septuagesimam, vel feria 4. Cinerū
transfertur in primam diem festo duplicis
aut semiduplicis non impediamus omnia
de cōi. unus martyris.*

Oratio:

Oratio.

Nfirmiſſimam noſtram reſpice, Omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat, B. Hiſcij martyris tui, acque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones de scriptura occurrente.
In Quadragesima verò (quod observatur semper in Gibraltari) lectiones de Epistola B. Pauli Apost. Amileto, v. in cōi. unius martyris.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Principes per secuti sunt.

IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium; Si quis vult?
In quadragesima legitur nona lecti.
Homilia feria, cum commemoratione.*

¶ En Tarifa celebratur prædictum festum sub ritu duplicis prima classis.

Si ibi occurrerit prædictum festum in Dominicis Septuagesimæ, sexagesimæ, aut Quinquagesimæ sit de eo cum nona lectione Homiliæ, & commemoratione Dominicæ.

Si verò venerit in feria 4. Cinerum, aut Dominicæ prima Quadragesimæ transfertur in primam diem festo duplici, aut semiduplice non impeditam.



Die 17. Martij.

In festo Sancti Theodori martyr. duplex.

In Cathedrali excat corpus eiusdem sancti.

Oratio.

Presta quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui B. Theodori martyris tui natalicia colimus, in tercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dñum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones de Epistola B. Pauli Apostoli. Fratres debitores, ut in cõi. plurimor. martyr.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Sermo S. Augustini Triumphalis, ut in cõi. vnius martyr.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Homilia in Evangelium: Si quis venit. Nona lectio legitur de Homilia feria cum commemoratione eiusdem, & sancti Patritij Episcopi, & Confess.

Die 24. Martij,

In festo Sancti Gabrielis Archangeli. in Ecclesia Gadicensi, & eius Diocesi duplex, speciali decreto ei concessa

si hoc festum venerit in Dominica transfertur in primam diem officio novæ lectionum non impeditam.

Si occurrat in hebdomada maiori à Dominica Palmarum, usque ad octavam Pasche transfertur post ipsam octavam, in primam diem festo novem lectionum non impeditam.

Tempore Paschali additur Alleluia, in Antiphonis, & quodlibet nocturnum dicitur sub prima Antiphona eiusdem.

Ad vespervas Antiph. Ingresso Zacharia. Cum reliquis de laudib. Psalmus Dixit Dominus. Cum reliquis de Dominica loco ultimi Psalmi. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum Dan. 9.

Ecce vir Gabriel, quem videram in visione principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me, & locutus est mihi, & dixit: Daniel, nunc egressus sum, ut decerem te, & intelligeres.

Hymnus.

Mentibus lætis iubilemus omnes:

Plectra tangentes fidibus canoris
Inclutus quando Gabriel ab alto

Fulget olympo.

Virginis sumæ Paranympus ecce
Hinc adest nobis, simul Angelorū,
Plu-

Plurimis Christū venerans triumphis
Concio tota.

Principis laudes Gabrielis almi,
Cōcinat noster Chorus, ipse nāq̄ est
Magna, qui mundo referat secreta,
Omnipotentis.

Nuncia nobis Gabriel precamur,
Pacis æternæ speciali munus,
Quo poli tandem teneamus aulam
Semper ovanres.

Præstet hoc nobis Deitas beata,
Patris, ac Nati, pariterque Sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo, Amèn.

Ad Magnificat Añā.

Ingressus Gabriel ad Mariam
Virginem, dixit: Ave gratia plena,
Dominus tecum, benedicta tu in
mulieribus,

Oratio.

DEVS qui inter cæteros Angelos
ad annuntiandum Incarnationis
tuæ mysterium Gabrielem Archā-
gelum elegisti: Concede propi-
tius, vt qui festum eius celebramus
interris, ipsius patrocinia securiamus
in Cœlis. Qui vivis, & regnas.

*Deinde sit commemoratio feriæ, nisi
celebretur post Pascha.*

Ad matutinum. inuitator

Regem Archangelorum Domi-
num, venite adoremus.

Regem, &c. *Psalm.* Venite exul-
temus.

*Hymnus. Mentibus lætis; vt supra
in vesperis.*

IN PRIMO NOCTVRNO.

Añā. Dixit Angelus Gabriel ad

Danilem, intellige, fili hominis,
quoniam in tempore finis implebi-
tur visio.

*Psalmi vt in Dedicacione Sancti Mi-
chaelis 29. Septembris.*

Añā. Ecce vir Gabriel, quem vi-
deram in visione, cito volans tetigit
me in tempore sacrificij vespertini,
& docuit me.

Añā. Cumque Gabriel loqueretur
ad me, collapsus sum pronus inter-
ram, & tetigit me, & statuit me in
gradu meo.

v. Stetit Angelus iuxta aram
Templi.

R. Habens turibulum aureum
in manu sua.

Ex Daniele Propheta. Cap. 9:

LECTIO I.

E Go Daniel cū adhuc loquerer,
& orare, & confiterer peccata
mea, & peccata Populi mei Is-
rael, & prosternerem preces meas in
conspectu Dei mei, pro monte sdn-
cto Dei mei, ecce vir Gabriel, quem
videram in visione à principio, citò
volans tetigit me in tempore sacri-
cij vespertini, & docuit me, & locu-
tus est mihi, dixitque Daniel: Nunc
egressus sum, vt docerem te, & intel-
ligeres. Ab exordio precum tuarū
egressus est sermo. Ego autem veni,
vt indicare tibi, quia vir desideriorū
est. Tu autem anima verte sermo-
nem, & intellige visionem.

R. Cum oraret Daniel, & confi-
teretur peccata sua, & peccata po-
puli sui: * Ecce Archāgelus Gabriel
citò volans tetigit eum in tempore

C

sacri-

sacrificij vespertini. *v.* Cumque prosterneret preces suas in conspectu Dei sui. Ecce Archangelus.

Lectio 2.

Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam; ut confusinetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas; & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia & vngatur Sanctus Sanctorum. Sci- to ergo, & animadverte ab exitu Sermonis, ut iterum ædificetur Ierusalem usque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt. Et rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.

R. Locutus est Gabriel Danieli, & dixit: Ab exordio prædictum tuarum egressus est sermo. * Ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum est. *v.* Tu autem animadverte sermonem intellige visionem Ego autem.

Lectio iii.

ET post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est; & Civitatem, & Sanctuarium dissipavit populus cum ducē venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet Hostia, & Sacrificium, & erit in Templo abominatio desolationis, & usque ad consumationem

& finem perseverabit desolatio.

R. Ecce vir Gabriel, quem videram, citò volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me & dixit: * Daniel nunc egressus sum ut docerem te, & intelligeres. *v.* Gabriel, fac me intelligere istam visionem, & venit, & iterit iuxta, ubi ego stabam, & ait ad me: Daniel. Gloria Patri. Daniel.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Ant. Gabriel Angelus apparuit Zachariæ, dicens: Vxor tua Elisabetha, pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Joannem.

Ant. Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis.

Ant. Respondens autem Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui sto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi Evangelizare.

v. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini.

R. De manu Angeli.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Lectio iv.

Sacramentum illud septuaginta hebdomadarum de Christi Nativitate, Daniel per Angelum didicit. Similiter, & Zacharias, apparente sibi Angelo, Joannem filium de se generandum audivit. Et Maria, Angelo sibi prædicenti Christum ex te nascendum, & credidit, & assensit. Hæc tria per Angelum dicta, &

Completa videmus. Iam ergo solici tristemus. Quæ Gabrielis.

et intuendum est, utrum Angelus iste, qui Zachariæ, & Mariæ apparuit ipsi quoque Danieli illa prædixerit. *R.* Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph; & expavesceit virgo de lumine: * Ne timeas, Mariæ; inveniisti enim gratiam apud Dominum, ecce concipies, & paries, & vocabitur altissimus Filius. *V.* Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Ait Angelus ei. Ne timeas.

Lectio v.

ET quidem ipse Daniel in Prophetiæ suæ volumine, quando illa Sacramenta hebdomadarum de Christi Nativitate per Angelum futura cognovit, sic ipsius Angeli nomen evidenter expressit. Dicit enim: Ecce vir Gabriel, quem videram in principio, cito volans tetigit me, & dixit Daniel, animadvertite sermonem, & reliqua, quæ ibi commemorantur. Item his temporibus, secundum Evangelium, Angeli ipsius nomen mirificum sic invenitur expressum. Dixit enim idem Angelus Zachariæ. Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi Evangelizare, *R.* Gaude Maria virgo: cunctas hæreses sola interemisti, * quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti, dum virgo Deum, & hominem genuisti, & post partum virgo inviolata permansisti. *V.* Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ven-

Lectio vj.

QUod etiam Beatæ Mariæ Virginis partu sic in eodem Evangelio legitur: Missus est, inquit Angelus Gabriel à Deo in Civitatem Galiliæ, cui nomen Názareth ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Iam ergo manifestum est quod unus, idemque Angelus Gabriel fuerit, qui, & prefixa illa tempora Danieli de Christi Nativitate aperuit, & partum Virginis præsentem elemonstravit. tempus itaque præfinitum occurrit: & olim à se dicta operis efficientia completa esse convicit; & illic fidelis in prophetis hebdomadarum: & hic fidelis per mysterium revelatum.

R. Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc Evangelizare: * Ecce erit tacens, & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant. *V.* Pro eo, quod non credidisti verbis meis quæ implebuntur tempore suo. Ecce eris. Gloria Patri. Ecce eris.

IN TERTIO NOCTURNO.

Ant. Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

Ant. Gabriel Angelus Mariæ dixit: Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua.

Ant. Suscipe Verbum virgo Maria, quod

quod tibi à Domino per Angelum Gabrielem transmissum est.

v. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

R. Adorabo ad Templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vii. Cap. i.

In illo tempore; Missus est Angelus Gabriel à Deo in Civitatē Galilee, cui nomē Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomē erat Joseph, de domo David; nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Iuliani Archiepiscopi Tolosan.

Missus est Angelus Gabriel à Dio. Non arbitror hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ex eius nomine pallā intelligidatur, quod interpretatum, fortitudo Dei dicitur; & quia non ab aliquo, fortē excellentiore se (ut assolere) spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est à Deo. Vel idē dictum est à Deo, ne cui vel beatorum spirituum, suū Deus ante quam Virgini, revelasse putetur consiliū, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele. Qui utique tanta inter suos inveniri potuerit excellentiā, ut tali nomine dignus haberetur, & nuntio.

R. Factum est, cum Sacerdotio

fungeretur Zacharias in ordine vicij suū ante Deum: * Apparuit ei Angelus Gabriel, stans à dextris Altaris incensij. *v.* Cumque ingressus in Templum Domini incensum poneret, secundum consuetudinem Sacerdoti sui, Aparuit ei.

Octava benedictio. Quorum festum.

Lectio viii.

Nec discordat nomen à nuntio: Dei quippe virtutem, Christum, quem melius nuntiare decebat, quā hunc, quem simile nomen honorat? Numquid est aliud fortitudo, quā virtus? Non autem dedecens, aut incongruum videatur, Dominum, & nuntium communi censeri vocabulo, cum similis in utroque appellationis, non sit tamen utriusque similis causa. Aliter quippe Christus fortitudo, vel virtus Dei dicitur: Aliter Angelus, enim tantum nuncupativē, Christus autem etiam substantivē.

R. Descendit Gabriel Angelus ad Zachariam dicens: * Ne timeas, quoniam exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. *v.* Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eū, ait autem ad eum Angelus. Ne timeas. Gloria Patri. Ne timeas.

Nona lectio Homilie serie, si verò transferatur post octavam Pasche nona lectio, ut sequitur.

Lectio ix.

Christus Dei virtus, & dicitur, & est; qui forti armato, qui suum atrium

atrium in pace custodire solebat, fortior super venies ipsum suo brachio debellavit: & sic ei rursus captivitatis potenter eripuit. Angelus verò fortitudo Dei appellatus est, vel quod huiusmodi meruit prerrogativam officij, quo eiusdem nuntiaret adventum virtutis: vel quia Virginem natura pauidam, simplicem, veretundam, ne miraculi novitate expavesceret, confortare deberet quod, & fecit. No timeas inquit Maria, in venisti enim gratiam ante Deum. Convenienter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur: imò quia tale illi negotium iniungitur, rectè tali nomine designatur. *Te Deum laudamus.*

Ad Laudes, & per horas, Ant.

Ingresso Zacharia Templum Domini, apparuit ei Gabriel Angelus stans à dextris Altaris, incensi. *Psalm.* Dominus regnavit. *Cum reliquis de Dominica.*

Ant. Ait autem Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecario tua.

Ant. Ego sum Gabriel Angelus qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te,

Ant. Gabriel angelus locutus est Mariæ, dicens: Ecce concipies in utero, & paries filium; & vocabis nomen eius Iesum.

Ant. Dixit autem Mariæ ad angelum. Quo modo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Gabriel angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus super veniet in te, & virtus altissimi obumbravit tibi.

Capitalum. Ecce vir Gabriel, ut supra in vesperis.

Hymnus.

Christe Sanctorum decus angelorum,
Rector humani generis, & acutor.
Nobis aeternum tribue benignus
Scandere Cælum.

angelus fortis Gabriel, ut hoste n
Pellat antiquum, volitet ab alto
Sæpius Templum veniens ad istud
Visere nostrum.

Hinc Dei nostri genitrix Maria,
Totas, & n. bas Chorus angelorum
Semper assistat, simul, & beata
Concio tota.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati pariterque Sancti
Spiritus cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

V. Stetit angelus iuxta aram Templi.

R. Habens tribunalum aureum in manu sua.

Ad Bñs. Ant.

Gabriel angelus descendit ad Zachariam, & ait illi: Vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Joannem; & multi in natiuitate eius gaudebunt; ipse enim præbit antefaciem Domini parare vias eius.

Oratio. Deus qui inter ceteros, ut supra in vesperis.

Fit Commemoratio feria occurrentis, nisi celebretur, post Pascha.

Ad Tertiam. Ant. Ait autem *Capitalum.* Ecce vir Gabriel, ut supra in vesperis.

R. breue. Stetit Angelus. * Iuxta
 aram Templi. Stetit. *r.* Habens tu-
 ribulum aureum in manu sua. Iux-
 ta. *r.* Gloria Patri. Stetit Ange-
 lus.

r. Ascendit fumus aromatum in
 conspectu Domini.

R. De manu Angeli.

Ad sextam.

Añs. Ego sum. *Capitulum Dan. 9:*
 Ego aurem veni, vt indicarem tibi,
 quia vir desideriorum es. Septuagie-
 ta hebdomadae abbreviate sunt, vt
 finem accipiat peccatum, & implea-
 tur villo, & prophetia, & vagatur
 Sanctus Sanctorum.

R. breue. Ascendit fumus aroma-
 tu a. * In conspectu Domini. Ascen-
 dit, *r.* De manu Angeli. In cons-
 pectu. Gloria Patri. Ascendit.

r. In conspectu Angelorum
 psallam tibi Deus meus

R. Adorabo ad Templum Sanctum
 tuum, & confitebor no mini tuo.

Ad Nonam.

Añs. Dixit *Capitulum. Dan. 9.*
 Scito ergo, & animadverte ab exi-
 tu sermonis, vt iterum edificetur
 Jerusalem, vsque ad Christum du-
 cem hebdomades septem, & hebdo-
 mada sexaginta erunt.

R. breue. In conspectu Angelo-
 rum: * Psallam tibi Deus meus. In
 conspectu. *r.* Adorabo ad Tem-
 plum Sanctum tuum, & confitebor
 nomini tuo. Psallam. Gloria Patri.
 In conspectu.

r. Adorare Deum.

R. Omnes Angeli eius.

*refere Annuntiationis B. Mariae
 Virginis eius commemoratione S. Gabrie-
 lis, Añs.* Archangelus, vt infra; &
 commemoratione feria.

¶ Si verd coniungat transferri. in se-
 cundis & ipsis. *Añs.* Ingressus Za-
 charia, cum reliquis de Lazariis. *Psalm.*
 Dixit Dominus, cum reliquis de Do-
 minica. Loco ultimi *Psalmi:* Confite-
 bor, vt in feria 6.


*Capitulum, & Hymnus vt in primis
 vespers.*

Vers. In conspectu Angelorum
 psallam tibi Deus meus

Resp. Adorabo ad Templum San-
 ctum tuum, & confitebor no mini
 tuo.

Ad Magnificat. Añs.

Archangelus Gabriel ait ad Ma-
 riam non erit impossibile apud Deum
 omne Verbum. Dixit autem Maria:
 Ecce Ancilla Domini, fiat mihi se-
 cundum Verbum tuum.



FESTA APRILIS.

Die 1. Aprilis.

In festo Sanctae Theodora mart.

*In Cathedrali, duplex, extat ibi cer-
 pus eiusdem martyris.*

*Omnia de communi sanctorum mar-
 tyrum tantum*

Oratio.

DEVS qui inter cetera potentie
 tue miracula etiam in sexu fra-
 gili

gili Vistoriam martyrij contulisti: cōcede propitius, vt qui Beate Theodori martyris tux natalicia colimus per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum,

intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per Dominum nostrum.

Omnia de communi vnius martyris tempore Paschali.

IN PRIMO NOCTVRNO.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones. De libro Ecclesiastici. Confitebor tibi.


si transferatur post pascha lectiones de scriptura occurrente, & tunc additur Alleluia, in Anis, & Resp.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Sermo sancti Ioannis Chrysostomi. Ego maxime, vt in cōi.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Homilia in Evangelium. Simile est Regnum Thesaurō. Cum nonā lectione Homilia, & commemoratione ferie, si celebretur in Quadragesima,



FESTA MAIJ.

Die 2. Maij.

In festo Sancti Theoduli martyris.

In Cathedrali, duplex, propter insignem reliquam,

oratio.

PRæsta quæsumus Omnipotens DEVS; vt qui Beati Theoduli martyris tui natalicia colimus,

Lectiones de scriptura occurrente. Si verò venerit in feria secunda Rogationum, aut Vigilia Ascensionis. Legantur lectiones de Epistola B. Pauli. ad Romanos Fratres debitorum sumus, vt in cōi. plurimorum martyrum extra tempus Paschale. Cum nonā lectione Homilia ferie, aut vigilia, & commemoratione in Laudibus.

si occurrerit in die Ascensionis transferatur in primam diem festo duplici, aut semiduplici non impeditam.

si autem infra octavam sit de eo cum commemoratione octauæ.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Sermo sancti Cipriani. Dignum, & congruum.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Homilia in Evangelium. Ego sum vitis vera.

Vespere Inventionis SS. Crucis, sine commemoratione prædicti festi.

si hoc festum transferatur post Pentecosten. Officium erit de cōi. vnius martyris extra tempus Paschale lectiones primi nocturni de scriptura occurrente.

¶ *secundi Nocturni. Principes. ¶ Homilia*

milia in Evangelium. Si quis vult venire.

Die 3. Mai.

In festo inventionis sancte Crucis sub cuius invocatione est erecta hac alma ecclesia caditara, in ea officium, duplex prime classis cum octava.

In Diocesi secunda classis sine octava, & omnia ut in Breviario.

In Cathedrali servantur sequentia. Si hoc festum venerit in feria secunda rogationum, vel Dominica infra octavam Ascensionis, vel aliterius Dominica fit de festo cum nona lectione Homilia, & commemoratione ferie, vel Dominica, qua etiam servantur in Diocesi.

Si venerit in Vigilia Ascensionis nihil fit de Vigilia

Si occurrerit in die Ascensionis transfertur in quintam diem huius, qua est sabbatum, & tunc in secundis vespers fit commemoratio sancti Iohannis Ante portam Latinam, & Dominica infra octavam Ascensionis, tantum.

Si venerit infra octavam Ascensionis fit de festo, sine commemoratione octave.

Ad vespers, & Matutinum, omnia ut habentur in Breviario prater lectiones tertij nocturni, qua leguntur ut sequuntur

IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Iohannem.

Lectio vii. Cap. 3.

In illo tempore erat homo ex Pharisaeis, Nicodemus nomine Princeps Iudaeorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, sci-

mus quia a Deo venisti Magister. Et reliqua,

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

tract. ii. in cann. post initium.

Nicodemus ex his erat, qui crediderant in Nominem Iesu, videntes signa, & prodigia quae faciebat. Superius enim hoc dixit: Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius. Quare crediderunt in nomine eius? Sequitur, & dicit: Videntes signa eius, quae faciebat. Et de Nicodemo quid dicit? Erat Princeps Iudaeorum, nomine Nicodemus. Hic venit ad eum nocte, & ait illi Rabbi scimus quia a Deo venisti Magister. Et iste ergo crediderat in nomine eius. Et ipse unde crediderat? Sequitur: Nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. R. Dulce lignum.

Ecclio viii.

SI ergo Nicodemus de illis multis erat, qui crediderat in nomine eius, iam in isto Nicodemo attendamus, quare Iesus non se credebat eis. Respondit Iesus; & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre Regnum Dei. Ipsis ergo se credit Iesus, qui nati fuerint denuo. Ecce illi crediderant in eum, & Iesus non se credebat eis. Tales sunt Cathecumeni ipsi iam credunt in nomine Christi. sed Iesus non se credit eis. Intendat, & intelligat caritas vestra. Si

Si dixerimus Cathecumeno: Cre-

dis in Christum? Respondet, Credo,
& signat se Crucis Christi: portat in
fronte, & non erubescit de Cruce
Domini sui. Ecce credit in nomine
eius. Interrogemus eum: Manduca-
cas carnem filij hominis, & bibis
sanguinem filij hominis? Nescit
quid dicimus, quia Jesus non credi-
dit eis.

R. Sicut Moyses.

Si venerit in Dominica seu feria se-
cunda Rogationum, nona lectio legitur de
earum Hsmilia, aliter legitur nona lectio
ut sequitur.

Lectio xi.

Nicodemus venit ad Dominum, sed
nocte venit, & hoc forte ad rem per-
sinet; ad Dominum venit, & nocte
venit, ad lucem venit, & in tene-
bris venit: renati autem ex aqua, &
Spiritu Sancto quid audiunt ab
Apostolo? Fuistis aliquando tene-
bræ, nunc autem lux in Domino, si
fuit filij lucis ambulate; qui ergo re-
nati sunt, noctis fuerunt, & diei sunt,
tenebræ fuerunt, & lumen sunt, iam
credit se in Iesum, & non nocte ve-
niunt ad Iesum sicut Nicodemus, non
in tenebris quaerunt diem, accessit
ad illos Iesus. Facit in illis salutem,
quia ipse dixit, nisi quis manduca-
verit carnem meam, & biberit sangui-
nem meum, non habet in se vitam.

Te Deum.

Ad laudes, & per horas omnia ut in
Breviario, sine commemoratione, nisi fue-
rit Dominica, vel feria secunda Rogatio-
num.

in secundis vespers fit commemoratio

sequentis festi, & Dñice tantum.

~~~~~

Die 4. Maij.

Et secunda infra octavam Crucis.

In festo Corona Spine Domini nostri  
Iesu Christi, in Cathedrali, duplex ma-  
ias, extant ibi duæ spine eiusdem Coro-  
ne.

Si hoc festum occurrerit in Ascensio-  
ne transfertur in feria 6. quæ est dies 5.  
Maij, & tunc in 2. vespers Ascensio-  
nis fit commem. tantum Coronæ.

Ad vespers, Ant. Milites, cum re-  
liquis de Laudibus Psalmi. Dixit Do-  
minus. cum reliquis de Dominica ulti-  
mus Psalmus. Laudate Dominum  
omnes gentes.

Capitulum.

Egredimini, & videte filia Sion  
Regem Salomonem in Diademate,  
quo Coronavit illum mater sua in  
die desponsationis illius, & in die  
lætitiæ cordis eius.

Hymnus.

Lauda fidelis concio  
Spinae trophæum inclytum,  
Per quam perit perditio  
Utique datur meritum.  
Nos à puncturis liberat  
Æterni Patris Filias;  
Dum Spinis Pangi tolerat  
Spinarum culpæ nescius.  
Cum Spinarum aculeum  
Christus pro nobis petulit  
Per Diadema Spineum  
Vitæ Coronam contulit.  
Plaudat turba fidelium

D

Quod

Quod per Spinæ ludibrium  
Purgat creator omnium  
Spinæ nostri vitium.

Quæsumus author omnium  
In hoc Paschali gaudio  
Ab omni mortis impetu  
Tuum defende populum.  
Gloria tibi Domine

Quærexisti à mortuis.,

Cum Patre, & Sancto Spiritu

In sempiterna secula, Amen.

V. Tuam Coronam adoramus Do-  
mine, Alleluia.

R. Et tuum gloriosum recolimus  
triumphum, Alleluia.

*Ad Magnificat, Ant.*

Apprehendit Pila tus Jesum, & fla-  
gellavit, & milites plectentes Coro-  
nam de Spinis, imposuerunt capiti  
eius, & veste purpurea circumde-  
runt eum. Alleluia. Allel.

*Oratio.*

**P**resta quæsumus, Omnipotens  
Deus; ut qui in memoriam Pas-  
sionis Domini nostri Jesu Chris-  
ti Coronam eius Spineam venera-  
mur in terris, ab ipso gloria, & hono-  
re Coronari mereamur in Cælis.  
Qui tecum.

*Ad matutinum, invitatorium.*

Christum Regem pro nobis Spinis  
Coronatum: \* Venite adoremus.  
Alleluia. *Psalmus.* Venite exultemus.

*Hymnus.* Lauda fidelis concio, ut  
in vesperis.

**IN PRIMO NOCTURNO.**

*Psalm.* Maledicta terra in opere tuo;

Spinas, & tribulos germinabit tibi.  
*Psalmi ut in festo Inventionis sanctæ  
Crucis.*

Beatus vir qui non abiit.

Quare fremuerunt gentes.

Domine, quid multiplicari.

V. Tuam Coronam adoramus

Domine Alleluia.

R. Tuum gloriosum recolimus  
triumphum, Alleluia.

De Isaia Propheta.

*Lectio j. Cap. 53.*

Quis credidit auditui nostro? Et  
brachium Domini cui revelatum  
est? Et ascendet sicut virgultum co-  
ram eo, & sicut radix de terra sicien-  
ti: non est species ei, & non erat as-  
pectus, & desideravimus eum des-  
pectum, & novissimum virorum,  
virum dolorum, & scientem infirmi-  
tatem, & quasi absconditus vultus  
eius, & despectus, unde nec reputa-  
vimus eum.

R. Ecce vidimus eum non habentem  
speciem neque decorem, aspe-  
ctus eius in eo non est; hic peccata  
nostra portavit, & pro nobis dolens;  
ipse autem vulneratus est propter  
iniquitates nostras: \* Cuius livore  
sanati sumus. Alleluia.

V. Vere languores nostros ipse  
tulit, & dolores nostros ipse porta-  
vit. Cuius livore.

*Lectio 2.*

*Isaie 53.*

Vere languores nostros ipse tu-  
lit, & dolores nostros ipse porta-  
vit, & nos putavimus eum. Qua-  
si leprosum, & percussum à Deo,  
&

& humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostras: disciplina pacis nostrae super eum, & livore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, & posuit Dominus in eoiniquitatem omnium nostrum.

R. Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? \* Et dicit: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me, Alleluia.

V. Framea suscitare super Pastorem meum, & super virum coherentem mihi. Et dicit.

### De Zacharia Propheta.

Lectione iii. Cap. 12. & 13.

**E**perit in die illa: quæram conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Hierusalem. Et effundam super domum David, & super habitatores Hierusalem spiritum gratiae, & precum, & aspiciet ad me, quem confixerunt, & plangent eum plantu quasi super virginitum, & dolebunt super eum, ut doletur in morte primogeniti. In die illa magnus erit plangens in Hierusalem. Et dicitur ei: Quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum? Et dicit: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant. Framea suscitare super Pastorem meum, & super virum. Cohererem mihi, dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves, & convertam vultum meum ad parvulos

R. Tuam Coronam Spineam veneramur, Domine, tuam gloriosam recolimus Passionem: \* Misereere nobis, qui passus es pro nobis, Alleluia.

V. Salvam praesentem eam in tuis hodie laudibus congregatam. Misereere. Gloria Patri. Misereere.

### IN SECUNDO NOCTURNO.

Ant. Pro frumento ortus est mihi tribulus, & pro hordeo Spina. Alleluia. Psalmi. Cum invocarem. Verba mea. Domine Dominus nocte.

V. Gloria, & honore coronasti eum Domine, Alleluia.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia.

Ex tractatu Sancti Achanasij in  
Passione Domini.

Lectione iv.

Cum exueretur Dominus, eo ipso invisibiliter erigebatur de diabolo trophæum: & quod illud manifestum fieret, narratur à Joanne indutus fuisse purpura: à Mattheo vero, & Marco Clyma de coccinea Coronamque illi ex Spinis super caput esse positam, & calamus in manu datum; & ita cum eum produxissent, genibus flexis adorasse; miraculum novum, & incredibile, & magnæ sine dubio victoriae insignis: quem enim ut hominem condemnarent, eum mortuum deinde, ut Deum adoraverunt, & quem aspernebantur, ut vilem, & contemptibilem, cum

confitebantur Regem, cui tunicam, & vestem detraxerunt, eum purpura circumdederunt, & quem ignorantes contumelij afficiebant, eum Prophetam etiā nolentes appellaverunt, & quem per ludibriū, subfannatio nemque pulsabant, ei, triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & Coronam Spineam & calamum. Nam tametsi ea, quasi per contumeliam egebant, efficitur tamen inde, ut ab eo latenter spoliarentur.

R. Corona aurea super caput eius: \* Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis, Alleluia.

V. Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, potuisti in capite eius Coronam de lapide pretioso. Expressa.

Sermo Sancti Ambrosij Episcopi.

Sermo 73. qui est primo de sancto Cypriano.

Lectio v.

**V**ideamus diligenter, ne ex palmitate operis nostrinō nascatur dulce lins uva sed feli: ne dicatur nobis, quod Iudeis dictum est per Prophetam: sustinui ut faceret uvinā; fecit autem Spinas; & non infiriam, sed clamorem. Quam dura conditio, ut possio quæ Domino sub suauitatis fructu afferre debuit, Spinarum illum asperitate compunxerit. Hoc est cum Iudeis Salvatore debuerint tota fidei devotione susci-

pere, Spinarum eum coronaverunt Passione. Quæ Corona quidem quantum in luleis est, erat iniuriarum contumelia: quantum in Domino erat Corona virtutis. Compungunt ergo uixi, Dominus, dum coronant, compungunt dum Crucifixunt. Unde ait Scriptura, viderunt in quem compunxerunt.

R. Omnes amici mei de reliquerunt me, & prevaluerunt insidiantes mihi: tradidit me, quem diligebam: \* Et terribilibus oculis plaga crudeli percutientes subfannabant mihi, Alleluia.

V. Inter iniquos proiecerunt me; & non perpececerunt animæ meæ. Et terribilibus.

Lectio vi.

**I**gitur, fratres, videte, ne & nobis dicatur, sustinui, ut faceret uvas, fecit autem Spinas, quas Domino Iudei crucientis impossuerunt manibus, nos iniquis sensibus apponamus: & compungamus eum non asperitate sententiæ, sed operum pravitate: sunt enim Spinae cordis, quæ verbum Dei etiam vulnerare consueverunt de quibus & emittit in Evangelium Salvator, dicens: Seminantis semen cecidisse inter Spinas, & crevisse eas ac suffusse, quod factum est. Ergo, fratres, videte, ne vinea vestra non uvas, sed spinas faciat: ne vindemia vestra non vinum afferat, sed acerum. Quisquis enim vindemiā legit, & pauperibus non largitur, ille acerum colligit, non vinum. Quisquis messis recondit, & iudi-

gentibus non ministrat, iste non alimoniam fructus reposuit, sed tribulos avaritiæ congregavit. Num propterea ait Scriptura de terra vestra: Spinas, & tribulos germinabit tibi.

R. Vineam meam electam, ego te plantavi: \* Quomodo conversa es in amaritudinem ut me Spinis Coronares? Alleluia.

V. Sepivite, & lapides elegi ex te, & edificavi turrim. Quomodo. Gloria Patri. Quomodo.

### IN TERTIO NOCTVRNO.

Ant. Gravata est super me manus tua, conversus sum in arumna mea dum configitur Spina. Alleluia.

Psalm. Cantate 1. Dominus regnavit exulter. Cantate 2.

V. Eris Corona gloriæ in manu Domini, Alleluia.

R. Et diadema regni in manu Dei tui, Alleluia.

LECTIO Sancti Evangelij secundum Joanne 1.

#### LECTIO vii.

IN illo tempore: Aprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit, & milites presentes Coronam de Spinis imposuerunt capiti eius, & reliqua

Homilia sancti Augustini Episcopi

HOc Pilatus non ob aliud fecit se credentius esse, nisi ut eius iniurijs, Judæi satiari sufficere si bi existimarent, & visque ad eius

mortem se viri desisterent. Ad hoc pertinet, quod idem præses cohortem suam etiam permisit facere, quæ sequitur aut fortassis, & iussit qui n vis hoc Evangelista tacuerit. Dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id iussisse non dixit.

R. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius, Alleluia.

V. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Qui peccatum.

#### LECTIO viii.

ET milites, inquit, plectentes Coronam de Spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas. Sic implebatur, quæ de se prædixerat Christus: sic Martyres informabantur ad omnia quæ persecutori libuisset facere perferenda. Sic paulisper occulta tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum, quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendo humilitate vincebat, sic illud granum multiplicandum horribile pullularet in gloria.

R. Milites præsidis insipientes Jesum in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem, & exiētes circumdederunt eum. Et plectentes Coronam de Spinis imposuerunt super

caput eius, Alleluia, Alleluia.

17. Genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorū Et plebēntes. Gloria Patri. Et plebēntes.

*Quando hoc festum occurrit in Dominica, vel feria 2. Rogationum, aut Vigilia Ascensionis, legitur nona lectio de eorum Homilia.*

### Lectio ix.

Exijt iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco eum foras, ut cognoscatis quia in eo nullam causam invenio. Exijt ergo Iesus portans Spineam Coronam: & purpureum vestimentum. Et dicit eis: Ecce homo. Hinc apparet non ignorare Pilato hæc à militibus facta, sive intulerit ea, sive permiserit, illa scilicet causa, quam supra diximus: Ut hæc eius ludibria inimici libentissimè biberent, & ulterius sanguinè non sitirent. Egre ditur ad eos Iesus, portans Spineam Coronam, & purpureum vestimentum, non clarus Imperio sed plenus opprobrio: & dicitur eis: Ecce homo. Si Regi in videris, iam parcite, quia delectum videris, flagellatus est, Spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, amaris convitijs illusus est, alapis cæsus est; fervet ignominia, frigeat invidia. Sed non frigeat: inardescit potius, & increscit.

*Te Deum Laudamus.*

*Ad Laudes, & per horas, Añā.*

Milites præsidis suscipiētes Iesū in prætorium congregaverunt ad

eum universam cohortem, Allelui. *Psalmus, Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.*

*Añā.* Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei Alleluia.

*Añā.* Et plebēntes Coronam de Spinis posuerunt super caput eius, & arundinē in dextera eius, Allelui.

*Añā.* Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum, Alleluia.

*Añā.* Et expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius, Alleluia.

*Capitulum. Egredimini, ut supra in vesp̄is.*

### Hymnus.

Eternæ Regi gloriæ.  
Devora laudum cantica  
Fides solvant hodie,  
Pro Corona Dominica.  
Coronat Regem omnium  
Corona contumeliæ,  
Cuius nobis opprobrium  
Coronam confert gloriæ.  
De Spinarum aculeis  
Christo Corona plebitur,  
Quia ministris tartareis  
Mundi potestas tollitur.  
Coronæ Christi capitis  
Sacro perfuso Sanguine,  
Pænis solutis debitis,  
Reos purgat à crimine.  
Quæsumus Auctor omnium,  
In hoc Paschali gaudio  
Ab omni mortis impetu  
Tuum defende populum.

Gloria tibi, Domine;

Qui surrexisti à mortuis.

Cum Patre, & Sancto Spiritu,  
in sempiterna secula, Amen.

*V.* Dominus regnavit, decorem induit, Alleluia.

*R.* Induit Dominus fortitudinem,  
& præcinxit se virtute, Alleluia.

*Ad Bñus. Añã.*

Milires induunt Jesum purpura  
& imponunt ei plectentes Spineã  
Coronam; & experunt salutare eũ:  
Ave Rex Judæorum, Alleluia.

*Oratio ut supra.*

*Fit commemoratio octavæ sanctæ Crucis.*

*Si occurrat in Dominica infra octavam  
Ascensionis, vel eius Vigilia, vel feria  
secunda Rogationum fit de eis commemora-  
tio, ultima loco commemoratio Crucis.*

*Ad Tertiam, Capitulum.* Egredimini,  
ut supra.

*R. breve.* Tuam Coronam adora-  
mus Domine, alleluia, Alleluia.  
Tuam Coronam.

*V.* Tuum gloriosum recolimus  
triumphum, Alleluia. Gloria Patri  
Tuam Coronam.

*V.* Gloria, & honore coronasti eũ  
Domine, Alleluia.

*R.* Et constituisti eum super ope-  
ra manuum tuarum, Alleluia.

*Ad sextam Capitulum.*

Vidi, & ecce equus albus, & qui  
sedebat super illum habebat arcum,  
& data est ei Corona, & exivit vin-  
cens, ut vinceret.

*R. breve.* Gloria, & honore coronasti  
eum, Domine. \* Alleluia, Alleluia.  
Gloria, & honore.

*V.* Et constituisti eum super ope-  
ra manuum tuarum, Alleluia. Gloria  
Patri, Gloria, & honore.

*V.* Eris Corona gloriæ in manu  
Domini, Alleluia.

*R.* Et Diadema Regni, in manu  
Dei tui, Alleluia,

*Ad Nonam Capitulum.*

In illa die erit Dominus exercitu-  
um Corona gloriæ, & sceptrũ exul-  
tationis residuo populi sui.

*R. breve.* Eris Corona gloriæ in  
manu Domini. \* Alleluia, Alleluia  
Eris Corona.

*V.* Et Diadema Regni in manu  
Dei tui. Alleluia. Gloria Patri. Eris  
Corona.

*V.* Dominus regnavit decorem in-  
duit, Alleluia.

*R.* Induit Dominus fortitudinem  
& præcinxit se virtute, Alleluia.

*In secundis vespers omnia ut in pri-  
mis vespers.*

*Ad Magnific. Añã.*

O Coronæ miranda dignitas, mor-  
tis pœnas debitas repellis: Tu lapsis  
firmitas infirmis, tu restauras Coro-  
nas perditas. Alleluia. Allel. Allel.

*Deinde fit commemoratio octavæ san-  
ctæ Crucis.*

*Si hoc festum concurrat cum festo As-  
censionis, vel Inventionis sanctæ Crucis  
(si contingerit festum sanctæ Crucis trans  
ferri) vespers erunt de Ascensione vel  
Inventione sanctæ Crucis, sine com-  
memoratione festi prædicti.*

## Die 5. Maij.

Et tertia infra octavam Sanctæ Crucis.

Fit de sancto Athanasio, ut in Breviario (fuit 2.) huius translato in hunc diem propter occurrentiam sancti Theoduli.

Si verò hæc dies quinta fuerit Dominica, fit de Dominica, cum Commemoratione octavæ.

Si verò festam Coronæ, & sancti Athanasij fuerint translata, hodie fit de festo Coronæ cum commemoratione octavæ & festum sancti Athanasij transfertur per octavam.

## Sexta die Maij.

Fit de sancto Iohanne Ante Portam Latinam, cum commemoratione octavæ in Laudibus & utriusque vespers.

## Septima die Maij.

Fit de sancto Stanislao, ut in Breviario, cum Commemoratione octavæ.

Si venerit in Dominica, fit de Dominica cum Commemoratione octavæ, & prædictum festum transfertur post octavæ.

## Octava die Maij.

Fit de Apparitione sancti Michaelis, ut in Breviario, cum Commemoratione octavæ.

## Nonæ die Maij.

De sancto Gregorio Nazianzeno, ut in Breviario, cum Commemoratione octavæ.

In secundis vespers sancti Gregorij Capitulum diei octavæ sanctæ Crucis, cum commemoratione sancti Gregorij, & sanctorum Cordiani, & Epimachi martyrum, ut in Breviario.

## Decima die Maij.

Et octavæ inventionis Sanctæ Crucis, duplex.

Si hæc dies octavæ occurrerit in festo Ascensionis, fit de Ascensione, cum commemoratione octavæ in Laudibus, & utriusque vespers.

¶ Si hæc dies octavæ occurrerit in vigilia, aut festo Pentecostes, fit de Vigilia, aut festo Pentecostes, fit de Vigilia, aut festo Pentecostes, sine commemoratione octavæ.

## IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

¶ Si occurrerit in feria secunda Rogationum, aut vigilia Ascensionis, tunc in primo nocturno leguntur lectiones, ut in die festi.

## IN SECUNDO NOCTVRNO.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

Tomo 3. de Cruce. & Latrone  
Homilia.

Lectio iij.

Lectio vii.

Hodie incipiamus, charissimi, de Crucis trophæo predicare, & honoremus hanc diem: magis autem coronemur celebrantes hunc diem; nec enim ex verbis nostris honorificatur Cruz, sed ex fidei nostra confessione Coronas merebimur Crucis: hodie Crux fixa est, & mors subversa est: hodie Crux vicit, & mors victa est: hodie diabolus victus est, & homo solutus est, & Deus glorificatus est: hodie amabilis Deo pietas vniuersum consuit orbem, decebat enim quæ pietatis erant coniungi, ea autem, quæ infidelitatis, disiungi.

Lectio v.

**N**on est enim Sanguis Christi deterior Babylonico igne: ille scilicet Sanctorum in camino honorare corpora, & chaldaeorum comburere; quanto magis Sanguis ille praeconis noster scilicet perdere incredulos, & salvare fideles. Decuit enim splendorem Crucis obtegere infideles, & illuminare credentes. Sol enim Christi crux est, quæ dissolvit tenebras, & Regnum Dæmonum dissipat: & omnes terrares malignantia abtulit crux sanctitati providit: crux nobis Sol iustitiæ facta est, ut illuminati misericordia eius glorificemus Patrem, & Filium, & Sanctum Spiritum, in secula seculorum.

Ex eodem, in Homilia de Cruce Domini.

Videns autem humana gentis à Diaboli superari malitia, voluit creaturam suam assumere, & quasi vnum hominem indui, & affligere illum cruci, sic ut per Lignum crucis vniuerso generi salus oriretur: elatus ergo Diabolus, quia ipse quidem de cælo corruerat, videbat autem Adam Paradisi esse columnam, inflatus invidia, induit Serpentis imaginem, incorporalis enim cum esset, corporalibus loqui non poterat, & dicit ad eum: O quam speciosum Lignum ad edendum, quod si ex eo gustaveritis, eritis quasi dii. Seducta ergo Eva decepit virum suum, cum autem de interdicto comedissemus Ligno apparuerunt ambo nudi. Sicut ergo praevaricatio per Lignum, ita, & salus per Lignum: pro his ergo omnibus gratias agamus Deo per Christum Dominum nostrum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Joannem.

**I**n illo tempore: Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, & reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi ex tractatu 12. in Joannem.

Lectio vii.

Sicut, inquit, Moyses exaltavit Serpentem in deserto, ita exaltari

E oportet.

oportet filium hominis. Magnum Sacramentum, & qui legerunt, noverunt: prosternebatur in Eremo populus Israël moribus Serpentū, fiebat magna strages multarum mortuorum: plaga enim Dei erat corripientis, & flagellantis, ut erudiret. Dictum est ad Moysen à Domino, ut faceret aneu in Serpentē, & exaltaret illū in Ligno in Eremo, & admoneret populum Israël, & si quis morsus esset à Serpente, illum Serpentem in Ligno exaltatum attenderet. Factum est mordebantur homines, iacebantur, & sanabantur. Quid sunt Serpentes mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est Serpens exaltatus? Mors Domini in Cruce; quia enim à Serpente mors, per Serpentis effigiem figurata est mors; morsus Serpentis letalis, mors Domini vitalis.

*Lectio viii.*

Attenditur Serpens, ut nihil valeat Serpens: Quid hoc est? Attenditur mors, ut nihil valeat mors: Sed cuius mors? Mors vitæ; imò quia dici potest, mirabiliter dicitur; sed nū quid non erit dicendum, quod fuit faciendum? Ego dubitem dicere, quod Dominus pro me dignatus est facere? Nonne vita Christus, & tamen in Cruce Christus? Nonne vita Christus, & tamen mortuus est Christus? Sed in morte Christi mors mortua est, quia vita mortua occidit mortem, plenitudo vitæ de glutiuit mortem, aborta est mors in Christi Corpore. Sic & nos dicemus

in resurrectione, quam loiamur triumphantes cantabimus: Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Interim modo, fratres, ut peccato sanemur, Christum Crucifixū iaceamus quia sicut Moyses, inquit exaltavit Serpentem in Eremo ita exaltari oportet filium hominis ut omnīs qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

*Lectio nona legitur de sanctis Gordiano, & Epimacho, ut in Breuiario.*

*Si verò occurrerit in feria secunda Rogationum, aut vigilia Ascensionis, vel Dominica nona lectio legitur de carum Homilijs, cum commemoratione in Laudibus.*

*¶ Si hæc dies octava concurrat cum die octave Ascensionis vespere erunt de Ascensione, cum commemoratione octave sanctæ Crucis.*



*Die 15. Maij.*

*In festo sancti Isidori Agricultor Confessoris, Gaudibus, & in tota Diœcesi, duplex minus, omnia de communis Confessoris non Pontificis, præter illa, quæ hic sunt propria; sed infine ad invitatorium, Antiph. Versus, & Responsorium tam brevia, quàm alia additur, Alleluia; & tres salmi dicuntur in quolibet nocturno sub prima Antiph. illius nocturni, nisi officium hoc transferatur post festum sancti-  
me Trinitatis.*

*Si hoc festum venerit in feria secunda Rogation. aut vigilia Ascensionis, vel Dominica fit de festo cum nona lectione*

*Homilie ferie, vel Dominica, aut Vigilie, & de eis fit commemoratio ad laudes.*

*Occurrens verò in die Ascensionis, in Cathedrali, transfertur prædictum festum in diem 17. In Diœcesi, verò in diem 16. quæ est feria 6.*

*Si occurrat infrascriptam Ascensionis, fit de festo cum commemoratione octavae.*

*Si in secundis vespers concurrat cum die octava Ascensionis, totum officium de octava cum commemoratione sancti Isidori.*

*Si occurrat in die octavo Ascensionis In Cathedrali, transfertur per festum sanctissimæ Trinitatis. In Diœcesi, verò transfertur in feriam sextam, proximè sequentem cum 9. lectione, s. Valdi, & commemoratione ferie, & sancti Valdi Conf. Pontific.*

*Si inciderit in Vigilia aut octava Pentecostes, in tota Diœcesi transfertur post festum sanctissimæ Trinitatis; in primâ diem festo duplici, vel semiduplici, non impeditam.*

*Oratio.*

Da nobis quæsumus, misericors Deus, Beato Isidoro Agricola Confessore tuo intercedente superbe nõ sapere, sed eius meritis, & exemplis placita tibi humilitate deservire. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

IN PRIMO NOCTVRNO.

De Epistola B. Jacobi Apostoli.

*Lectioni. Cap. 4.*

**P**atientes estote, fratres, usque ad Adventum Domini: Ecce Agricola expectat pretiosam fructum terræ patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote vos, & confirmate corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquabit. Nolite in gemiscere, fratres, ecce Iudex ante laeuam assistit. Exemplum accipite fratres, exitus malis, & longa minitatis, & laboris, & patientiæ.

*R. Euge serue.*

*Lectioni ii.*

Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator ante omnia, fratres nolite iurare, neque per Cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo vester est: non non; ut non subiudicio incideris. Tristatur aliquis vestrum? Oret. A quo animo est? Plallat. Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum.

*R. Iustus germinabit.*

*Lectioni iii.*

Confite mini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salveamini: multum enim valet de precario iusti assilua; Elias erat similis nobis passibilis, &c. Oratio se

oravit. vt non plueret super terrā,  
& non pluit annos tres, & menses  
sex, & eurfum orauit, & cœlum de-  
dit pluuiam, & terra dedit fructum  
fuum.

R. Iste homo.

## IN SECVNDO NOCTVRNO.

### Leſſio iij.

Isidorus Agricola prope Matri-  
rum Hispaniæ urbem, in qua natus  
fuerat mercede colendis agris con-  
ductus brevi magnarum ſibi virtut-  
um eo in exercitio, vberriam ſe-  
gerem parauit. Admirabilis enim  
chriſti, ac Sanctorum imitator, nū-  
quam ad opus mane ſe conferebat,  
niſi prius Dei Regnum ſtudioſe quæ-  
reret, Eccleſiaſq; in ipſius, ac Deipa-  
ræ honorem dicatas viſitaret. Quare  
cū illius moram agri dominus  
grauiter ferret, atque ex editiore lo-  
co quadam die, vt eum liberius in-  
creparet. Agricolaſ opeſcitur, bi-  
nos Angelos candida veſte duplici  
bouum iugo arantes; mediumque in-  
ter illos Iſidorum compexit. Quo  
miraculo vulgato, magno deinceps  
honori, tam apud herum, quā apud  
ceteros homines haberi cepit.

R. Honeltum fecit.

### Leſſio v.

(Haritate in pauperes adeo flagra-  
uit, vt mercedem, quam labori-  
bus parabat, egentibus erogar-  
et. Quin etiam cum aliquando ad  
commune cum reliquis cōſratribus

paradium plurimos pauperes addu-  
xiſſet, nihilquæ aliud, prædio ſcilicet  
ſinito quā pulmenti parte ſibi reſer-  
vata non repeririſſet; illam vir Dei ſide  
ſingulari fretus ita diſtribuit, vt mi-  
rabiliſter auſta iſs omnibus alendis.  
ſaturandiſque ſufficeret, Illud etiā  
inter ceteras mirandum, quod per  
æſtiuos calores, ac extinguerdam in  
agro ſitim, aquæ potum, hero flagi-  
tante, cum nullibi ſcateret. Iſidorus  
ſtimulo, quem gerebat, humo per-  
cuſſa, vberem ex ea, & perennem ad  
hæc uſque tempora fontem elicuit.

R. Amavit.

### Leſſio vi.

Igitur ſanctitate clarus, cum ad vl-  
timam ſenectutem perueniſſet;  
obdormiuit in Domino; & in ce-  
meterio Sancti Andreæ ſepultus, rā  
diu ibi iacuit, quoad cives de ipſius  
corpore honeſtius in Eccleſia collo-  
cando diuinitus moniti, illud in lo-  
culo integrū, atque adeo incorrup-  
tum inuenerunt, vt ex eo ſuaviſſi-  
mus odor, qui hæc etiam tempore  
perdurat, efflaret. Sanctum Corpus  
in Eccleſiam traſlatum, & in editio-  
re loco ſitum, maximis Deus mira-  
culis illuſtrauit. Quorum beneficen-  
tiam non ſemel tam ipſi Matrici Ci-  
uitas, quam etiam cetera Hispaniæ  
loca ope ipſius implorata perſenſe-  
runt. Quem poſtremo poſt annos ſe-  
rè quadringentos, fama ſanctitatis,  
ac miraculis illuſtrem Gregorius  
XV. in Sanctorum numerum retu-  
lit.

R. Iste homo.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum  
Joannem.

Lectio vii.

Cap. 15.

**I**N illo tempore, dixit Iesus Disci-  
pulis suis: Ego sum vitis vera, &  
Pater meus Agricola est. Et reli-  
qua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Lib. 7. Regum Epist. 32.

**P**er semetipsum veritas, dicit:  
Pater meus Agricola est; &  
omnem palmitem in me nō fe-  
rentem fructum, tollit eum; & eum  
qui fert fructum purgabit eum, vt  
fructum plus afferat. Palmes enim  
infructuosus tollitur, quia peccator  
funditus eradicatur. Sic enim spie-  
arum granatibulis attrita, arittis, &  
paleis mundantur. Sic Olive præ-  
lo pressæ in olei pinguedine desunt  
Sic botri vinearum pressi calcibus  
in vinum liquefcunt.

R. Iste homo.

Lectio viii.

Ex eodem tractatu in septem psalmos  
Penitent. ad 6. Psalm.

**Q**ui manet in Verbo, non frau-  
datur à Regno. Aliter namq̃  
fructum facere non possu-  
mus, nisi in eo maneamus. Ideoque  
ait; Manete in me, & ego in vobis.  
Vbi enim manendam nisi in ipso?  
Deficient domus, palatia corruent,  
destruentur Civitates, ab linis sedi-

bus turres evellentur: Urbem autē  
Domini manet in æternum. Manea-  
mus ergo in eo, qui manet in æter-  
num.

Resp. viii. Sint lumbi vestri.

Nona lectio legitur de Homilia Domi-  
nica, feria secunda rogationum, vel vi-  
gilie Ascensionis si in eis occurrerit; ali-  
ter legitur nona lectio, vt sequitur.

Lectio ix.

Non sequamur vanitatem, defe-  
rentes veritatem, nec contristemur  
sicut ceteri, qui spem non habent.  
Sed sustineamus eum, & si moram  
fecerit, expectemus: ne contingat  
nobis, quod per Prophetam dicitur:  
Vx ijs, qui perdiderunt sustinen-  
tiam. Quicumq̃ue mundanæ adver-  
sitatis fructus molestijs. Diabolicæ  
tentationis infestatione deiectus, à  
spe cœlestium promissionum deci-  
derit, sustinentiæ, quam prius habu-  
erat, mercedem amitteret, qui verò  
sustinebit magna nreportabit remu-  
nerationem. Te Deum.

Ad Laudet, & per horas Ant.

Domine quinque talenta, de commu-  
ni Confessorii non Pontificis.

Capitulum. Jac. 5.

**E**Cce Agricola expectat pretio-  
sum fructum terræ, patiēter fe-  
rens, donec accipiat tempora-  
nem, & ærotinum. Patientes igitur  
estote vos, & confirmate corda vestra.

*Ad Bñus. Anta.*

Exit qui seminat seminare semen suum, & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum, Alleluia.

*Oratio.*

Da nobis, quæsumus misericors Deus, Beato Isidoro Agricola, Confessore tuo intercedente, superbè nō sapere, sed eius meritis, & exemplis placita tibi semper humilitate deservire. Per Dominum.

*Ad Tertiam.**Anta.* Euge serve bone.*Capitulum.* Ecce Agricola, ut supra.*R.* Amavit eum.*Ad Sextam.*

*Anta.* Fidelis. *Capitulum.* Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Suffrentiam Job audistis, & finem Domini vidistis: quoniam misericors Dominus est, & miserator.

*R.* Os iusti.*Ad Nonam.*

*Anta.* Serve bone. *Capitulum.* Multū valet deprecatio iusti assidua, Elias homo erat similis nobis passibilis; & rursum oravit, & terra dedit fructū suum. *R.* Lux Dei eius.


*In Cathedrali in secundis vespers omnia ut in primis vespers, sed à Capitulo fit de sancto Vbaldo Episcopo, & Confessore. Oratio ut in Breviario, cum commemoratione sancti Isidori.*

*Ad Magnificat. Anta.*

Ecce Agricola iste fuit, quoniam Adam exemplum eius ab adolescentia sua, ad serviendum Deo viventi, Alleluia. *Oratio ut supra.*

*In Diaconi, in secundis vespers sancti Isidori, omnia ut in primis vespers.*

*Anta.* ad Magnificat, ut supra, cum commemoratione sancti Vbaldi Episcopi, & Confessoris, ut in Breviario.

*Die 16. Maij.*

*In festo sancti Vbaldi Episcopi, & Confessoris (In Cathedrali) auptex, propter insignem Reliquiam, qua in hac alma Ecclesia requiescit.*

*Si hoc festum venerit in die Ascensionis transferretur in sextam sequentem, & tunc in secundis vespers Ascensionis fit commemoratio de ea.*

*Si occurrit in feriam secundam Rogationum, Vigilia Ascensionis, vel Dominica per annum fit de festo cum nona lectione de ea, cum nomliis, & commemoratione.*

*Si venerit in vigilia Pentecostes, seu in qualibet die octavae, transferretur post festum sanctissimæ Trinitatis in primam diem festi novem lectionum non impeditam.*

*Si occurrat infra octavam Ascensionis fit de festo cum commemoratione octavæ.*

*Si verò venerit in die octavo Ascensionis transferretur in primam diem festi novem lectionum non impeditam.*

*Ad vespers, omnia de comuni Pontificis Confessoris.*

*Ora.*

Oratio.

Da quesumus Omnipotens Deus; vs Beati Vbaldi Confessoris tui, atque Pontificis veneranda solemnitas, & deuotionem nobis, augeat, & salutem. Per Dominum.

Celestinus Papa Tertius in Sanctorum numerum retulit.

Quinta & sexta lectio sermo sancti Maximi ad Sancti, ac Beatissimi Patris, &c. de Communi Confessoris Pontificis.

## IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectioes de Scriptura occorrente.

si venerit in feria secunda. Rogationum, aut Vigilia Ascensionis in primo nocturno liguntur lectioes de Epistola prima ad Timotheum: Fidelis sermo, et incommuni.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

Homilia in Euangelium: Homo peregre proficiscens.

Ad Laudes, & per horas, & ad: Ecce Sacerdos, ut in communi.

## IN SECVNDO NOCTVRNO.

Lectio 10.

Vbaldus, Eugubij in vmbria nobili generatus, a primis annis pietate, & litteris egregie est institutus; iamque adolefcens, ut uxorem duceret, sepe tentatus, numquam tamona proposito seruandae virginis recessit. Sacerdos effectus, patrimonium suum pauperibus, & ecclesijs distribuit; & canonicorum regularium Ordinis Sancti Augustini institutum suscipiens. Illud in patriam transtulit, atque in eo aliquandiu sanctissimè vixit. Cuius sanctitatis opinione evulgata ab Honorio Secundo summo Pontifice Ecclesiae Eugubinae inuitus praeficitur. Quam multis annis summa eum laude gubernasset sanctis operibus, ac miraculis clarus quieuit in pace: cuius virtas praecipue in effugandis spiritibus inmundis eluxit. Eum verò

Die 23. Maij.

In festo Sanctorem Epiratij, & Basilii Pontificum, & martyrum. Cadibus, & in Diocesi, duplex Maias.

Si hoc festum venerit in die Ascensionis, transfertur in diem sequentem similiter, si occurrerit in die octauae Ascensionis, & nunc in secundis vespers octauae Ascensionis fit commemoratio festi praedicti.

Si occurrerit in Vigilia Pentecostes, vel eius octaua transfertur post festum sanctissimae Trinitatis.

Si occurrerit in feria secunda Rogationum, aut Vigilia Ascensionis fit de festo cum nona lectione, Homilia, & commemoratione ferria, vel Vigilia.

Si occurrerit in festo Corporis Christi transfertur post octauam octauam.

Totum officium fit de Communi martyrum: Oratio: Beatorum martyrum pariterque Pontificum.

Lectioes 1. No. 7. Fratres debitores

sumus, de communi mart

## IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectiones 2. noct. sermo Sancti Augustini. Quotiescunque.*

*In 3. noct. Homilia in Evangelium: Cum audieritis.*

*Si vero celebretur tempore Paschali, omnia de communi martyrum tempore Paschali. Lectiones primi nocturni, ut supra.*

*In secundo nocturno de Epistola Sancti Cypriani: Quibus ego.*

*Homilia in Evangelium: Ego sum vitis vos palmites.*

*Lectiones de scriptura occurrente. En Beger: Fratres debitores sumus, ut in communi plurim. martyr.*

*Si occurrerit in vigilia Ascensionis, lectione 1. noct. Eratres debitores sumus.*

## IN SECVNDO NOCTVRNO.

*Sermo Sancti Augustini Episcopi: Triumphalis, ut in communi unius martyris.*

## [IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium: Si quis venit, oratio: Praesta quesumus, ut qui.*

*Si celebretur tempore Paschali, lectiones 1: noct. ut supra.*

*In secundo nocturno: Dignum, & congruum,*

*In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium: Ego sum vitis vera.*

## FESTA JUNIJ.

*Die 1. Iunij.*

*In festo Sancti Firmi martyris. Gadibus, & in Diocesi, semiduplex. (En Beger, duplex maior.)*

*Si venerit in die Ascensionis, transfertur in diem sequentem; cum commemor. octava.*

*Si venerit in vigilia Ascensionis fit de festo cum nona lectione. Homilia, & commemoratione Vigilia.*

*Si venerit in vigilia Pentecostes, & infra octavam, transfertur primam diem festo novem lectionum non impeditam.*

*Si occurrerit in festo Corporis Christi, & infra octavam, transfertur per octavam.*

*Quando occurrerit infra octavam Corporis Christi, en Beger, non transfertur, sed sit de eo cum commemoratione octava.*



*Die 6. Iunij.*

*In festo Dedicationis Almae Ecclesiae Gadicensis.*

*Gadibus, & in tota Diocesi duplex 1. cl. Gadibus tantum cum octava.*

*Si hoc festum occurrerit in vigilia Pentecostes, & infra eius octavam, aut in festo SS. Trinitatis, transfertur in primam diem festo novem lectionum non impeditam.*

*Si occurrerit in festo Corporis Christi, transfertur in festum 6. sequentem,*

*E* tunc in 2. vesperis Corporis Christi fit commemoratio Dedicationis. Similiter fit commemoratio octavæ Dedicationis Ecclesie. In omnibus diebus infraoctavam Corporis Christi.

Si verò occurrat infraoctavam Corporis Christi, fit de festo cum commemoratio ne octavæ Corporis Christi, in utriusque vesperis, & laudibus.

Si occurrerit in die octavo Corporis Christi fit dedicatione Ecclesie, cum commemoratione diei octavæ in laudibus, & utriusque vesperis.


Omnia dicuntur ut in Breviario in communi Dedicationis Ecclesie.

In 2. vesperis commemoratio Sancti Norberti Episcopi, & Confessoris; nisi contingat transferri.



### Die 7. Iunii.

Fit de Sancto Norberto Episcopo, & Confessore (fuit heri) semiduplex, ut in Breviario, cum commemor. octavæ.




### Die 8. Iunii.

De tertia die infraoctavam Dedicationis Ecclesie, semiduplex, lectiones 1. nocturni de Scriptura occurrente.

Reliqua ut in Breviario in communi Dedicationis Ecclesie.

In 2. vesperis commemoratio Sanctorum Primi, & Feliciani martyrum.



### Die 9. Iunii.

De 4. die infraoctavam Dedicationis. Lectiones 1. nocturni de Scriptura occurrente, reliqua ut in Breviario.

Cum nona lectione (siuæ fit ex duabus) & commemoratione Sanctorum Primi, & Feliciani martyrum.



### Die 10. Iunii.

De 5. die infraoctavam Dedicationis Ecclesie.

Lectiones 1. nocturni de Scriptura occurrente, reliqua ut in Breviario.

Vespera Sancti Bernabæ Apostoli, commemoratio octavæ.



### Die 11. Iunii.

Sancti Bernabæ Apostoli, duplex maius, ut in Breviario, commemoratio octavæ. In 2. vesperis commemoratio octavæ, & Sanctorum Basilidis, & sociorum martyrum.



### Die 12. Iunii.

De 7. die infraoctavam lectiones 1. nocturni de Scriptura occurrente.

Reliqua ut in Breviario, 9. lectione (quæ fit ex duabus) & commemoratione in laudibus Sanctorum Basilidis, & sociorum martyrum.

Vespera integra diei octavæ omnia ut in primis vesperis festi.



Die 13. Iunij.

De die octavo Dedicationis Ecclesie, IN SECUNDO NOCTVRNO.  
vt in Breviario.

In 2. Vesperis Capitulum Sancti Basilij Magni Episcopi, &amp; Confessoris, commemoratio Dedicationis Ecclesie.



Die 15. Iunij.

In Cathedrali sancti Viti martyris, duplex, propter insignem reliquiam, qua ibi habetur.

Si occurrerit infra octavam Corporis Christi fide eo cum commemoratione octavae Corporis Christi in Laudibus, &amp; utriusque vespers.

Si hoc festum venerit in die Corporis Christi, vel eius die octavo transfertur post octavam.

Si venerit infra octavam eiusdem fit de festo cum commemoratione octavae.

Si occurrerit infra octavam Pentecostes, transfertur post octavam, &amp; tunc fit commemoratio SS. Modesti, &amp; Crescentia martyrum.

Omnia de Communi unius martyris, prater ea, qua hic assignantur propria.

O R A T I O.

DA Ecclesia tue quesumus Domine, Sancto martyre tuo Vito intercedente sapere non sapere; sed tibi placita humilitate proficere: vt prava despiciens, quaecumque, recta sunt, libera exerceat charitate.

Per Dominum nostrum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectio de Scriptura occurrente.

Lectio iv.

Vitus admodum puer infans patre baptizatus est; quo tunc cum ille rescivisset, nihil praetermisit, quo filium a Christiana Religione removeret. Quae in voluntate permanentem Valeriano iudici verberibus castigandum tradidit. Sed nihilominus in sententia persistens patri redditus est. Sed dum eum pater gravius punire cogitat, Virtus Angeli monitu Comitibus Modesto, & Crescentia eius educatoribus, migrat in alias terras; ibique eam sanctitatis laudem adeptus est, vt eius fama ad Dioctetianum prelati, ipsum Imperator acerferet, vt filium suum a Demone vexatum liberaret: quolibet, cum ei amplissimis praemijs ingratus Imperator vt Deos coleret, persuadere non potuisset, vna cum Modesto, & Crescentia vinculis constructum mittit in Carcerem.

Lectio v.

QVOS vbi constantiores esse comperit, demitti iubet in ingens vas liquato plumbo, ferventi resina, ac pice plenum: in quo cum trium Hebraeorum puerorum more divinos Hymnos canerent, in de erepti Leoni obijciuntur; qui prosternebat se, eorum pedes lambebat. Quare inflammata ira Imperator, quod multitudinem videbat miraculo commoveri, eos in catasta sterna iubet,

& ita cædi eorum membra, atque ossa divelli. Quo tempore tonitrua. fulgura, inagnique terræ motus fuerunt, quibus Templâ Deorum corruerunt, & multi oppressi sunt. Eorū reliquias Florentia, nobilis fœmina, vnguentis conditas honorifice sepelivit.

*Lectio vi.*

Triumphalis, *ut in Communi unius martyris.*

## IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium:* Si quis venit.

*In Laudibus commemoratio Sanctorum Modesti, & Crescentia martyrum.*

*Ant. Vestri capilli, vers. Exultant. Oratio.* Deus qui nos concedis, de communi plurimorum martyrum.



## FESTA JULIJ.

*Die 6. Iulij.*

*In festo Sanctorum Lucia, & sociorum martyrum. Gadibus, & in Diœcesi semiduplex.*

*Quia incidet in die octava Apostolorum, transfertur in diem sequentem, si non fuerit Dominica; omnia de communi plurimorum martyrum.*

*ORATIO.*

DEVS qui non concedis Sanctorum martyrum tuorum Lucie, & sociorum eius natalicia colere: da no-

bis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere: Per Dominum nostrum.

## IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

## IN SECVNDO NOCTVRNO.

*Sermo sancti Iohannis Chrysostomi:* Nemo est qui nesciat.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium:* Descendens Iesus.

*¶ En Gibraltar, celebratur prædictum festum sub ritu duplicis maioris.*

*Transfertur quoque in sequentem diem nisi fuerit Dominica.*

*In 1. noct. Lectioes:* Fratres debitores sumus, *ut in communi plurimorum martyrum.*

*Oratio, & reliqua, ut supra.*



*Die 8. Iulij.*

*In festo Sancti Aquilæ Episcopi, & martyris.*

*Gadibus, & in Diœcesi, duplex En Gibraltar, duplex maius. Omnia de Communi unius martyris.*

*ORATIO.*

INimicitiam nostram respice, Omnipotens Deus; & quia pœdus propriæ actionis gravat, Beati Aquilæ martyris tui, atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum, &c.

IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectiones de scriptura occurrente.*

¶ *En Gibraltar: Amileto, ut in  
cōs. vnius martyris.*

IN SECVNDO NOCTVRNO.

*Triumphalis, ut in communi.*

IN TERTIO NOCTVRNO

*Homilia in Evangelium: Si quis  
venit.*



FDSTA AVGVSTI.

*Die 30. Augusti.*

*In Festo Sancti Telesphori marty  
ris. In Cathedrali, duplex, asservatur  
ibi corpus eiusdem Sancti. Omnia de com  
muni vnius martyris.*

*Orati.*

**P**resta quæsumus, Omnipotens  
Deus, ut intercedente Beato Te  
lesphoro martyre tuo, & acun  
ctis adversitatibus liberemur incor  
pore, & à pravis cogitationibus mū  
do liberemur in mente. Per Dñum.

IN PRIMO NOCTVRNO

*Lectiones de scriptura occurrente.*


IN SECVNDO NOCTVRNO.

*De expostione Sancti Ambrosij, super  
Psalmum. Princeps, ut in communi mar  
tyris.*

IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium: Si quis*

*Cum nona lectione, & commemoratio  
ne Sanctorum Felicis, & Adanti  
martyrum, ut in Breviario.*



FESTA SEPTEMBRIS.

*Die 1. Septembris.*

*In festo Sancti Davidi martyris. In  
Cathedrali, duplex, in ea asservatur  
corpus eiusdem Sancti. Omnia de communi  
vnius martyris.*

*Oratio.*

**P**resta quæsumus, Omnipotens  
Deus, ut intercedente Beato Da  
vido martyre tuo, & à cunctis  
adversitatibus liberemur in corpore  
& à pravis cogitationibus munde  
mur in mente. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectiones de scriptura occurrente.*

IN SECVNDO NOCTVRNO.  
Triumphalis.

IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium:*

*Siquis venit.*

*Nona lectio Sancti Egidij Abbatis,  
ut in Breviario; cum eius commemora  
tione, & sanctorum duodecim fratrum  
martyrum.*

*In secundis vespers à Capitulo sic de  
frequenti.*



Die 2. Septembris.

In festo Sancti Severini martyris.  
In Cathedrali, duplex; ibi requiescit  
corpus eiusdem Sancti. Omnia de commu-  
ni unius martyris.

Oratio.

PRÆSTA quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui Beati Severini martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore robaremur. Per Dominum,

IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

IN SECUNDO NOCTVRNO.

*De expositione sancti Ambrosij: Principes.*

IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium: Siquis vult. Omnia ut incommuni unius martyris.*



Die 3. Septembris.

In festo Sancti Prosperi martyris. In Cathedrali, duplex, propter insignem reliquiam. Omnia de communi unius martyris.

Oratio.

PRÆSTA quæsumus, Omnipotens Deus, ut intercedente Beato Prospero martyre tuo, & à cunctis adversitatibus libere mur in corpore, & à pravis cogitationibus mûdemur in mente. Per Dominum nostrum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

IN SECUNDO NOCTVRNO.

*Sermo sancti Augustini Episcopi: Triumphalis.*

IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium: Si quis venit.*

*In secundis Vesperis à Capitulo fit de sequenti.*



Die 4. Septembris.

In festo Sancti Honorati martyris. In Cathedrali, duplex, propter insignem Reliquiam. Omnia de Communi unius martyris.

ORATIO.

PRÆSTA quæsumus, Omnipotens Deus, ut qui Beati Honorati martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore robaremur, Per Communi.

IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

IN SECUNDO NOCTVRNO.

*De expositione sancti Ambrosij: Principes.*

IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium: Si quis vult.*

*In secundis vesperis à Capitulo fit de sequenti.*

Die 5. Septembris.

In festo S. Romuli martyris. In Cathedrali, duplex, propter insignem Reliquiam. Omnia de communi unius martyris.

ORATIO.

PRAESTA quaesumus, Omnipotens Deus, ut intercedente Beato Romulo martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus munde- mur in mente. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.


IN SECUNDO NOCTVRNO.

De expositione sancti Ambrosij, Priores.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Homilia in Evangelium: Si quis vult.

in secundis vesperis à Capitulo sic de sequenti.



Die 6. Septembris.

In festo sanctae Vitimae martyris. In Cathedrali, duplex, propter insignem reliquiam. Omnia de communi unius martyris.

Ad Vesperas Capitulum: Confitebor. Hymnus. Fortem virili pectore.

Oratio.

DEVS, qui inter cetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victoriam martyris contulisti: con-

cede propitius, ut qui B. Vitimae martyristae natalicia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi: Ego maxime.

IN TERTIO NOCTVRNO

Homilia in Evangelium: Thesaurum abscondito.

In secundis Vesperis Capitulum sequentis, commemoratio praecedentis.



Die 7. Septembris

In festo sancti Iobini martyris. In Cathedrali, duplex, propter insignem Reliquiam. Omnia de Communi unius martyris.

Oratio.

PRAESTA quaesumus, Omnipotens Deus, ut intercedente Beato Iobino martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus munde- mur in mente. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.


IN SECUNDO NOCTVRNO.

Sermo sancti Augustini: Triumphalis, ut in Communi.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

*Homilia in Evangelium: Si quis venit.*

*Vesperæ Natiuitatis B. M. cum commemoratione S. Iohanni.*



*Die Dominica Infraoctau. Natiuit. B. Mariæ Virginis.*

## OFFICIUM

De Sanctissimo Nomine  
B. MARIE VIRGINIS.  
DVPLEX MAIUS.

*Ad Vesperas.*

*Ant. Dum esset Rex, &c.*  
*Cum reliq. Ants. & Psalm. ut in officio paruo B. M. Capit. Ab initio, &c.*

*Hymn. Ave Maris Stella,*  
&c. *V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.*

*Ant. Sancta Maria succurre miseris iuva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro devoto femineu sexu: sentiant omnes tuum iuvamen, quicumque celebrant tui Sancti Nominis commemorationem.*

## ORATIO.

**C**Oncede, quæsumus, Omnipotens Deus, ut fideles tui qui

sub Sanctissimæ Virginis Mariæ Nomine, & protectione lætantur: eius pia intercessionem, à seculis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna per venire mereantur in cælis. Per Dominum nostrum, &c.

*Ad Matutinum invitator.*

Sancta Maria Dei Genitrix Virgo.  
\* Intercede pro nobis.

*Psalm. Venite exultemus, &c.*

*Hymn. Quem terra pontus, &c.*

*Ant. Psalm. & V. Nocturn. ut in officio paruo Beate Mariæ.*

## IN I. NOCTVRNO.

*Lectiones de parabolis salom. Ego Sapientia, &c. cum Responsorijs, ut in festo S. Mariæ ad Nives.*

## IN II. NOCTVRNO.

*Lectio jv.*

Sermo S. Bernardi Abbat.

*Ex hom. 2. super missus est circa finem.*

**E**T Nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca, & super hoc Nomine, quod interpretatum maris Stella dicitur, & Matri VIRGINI valde convenienter aptatur. Ipsi namque apertissime fidei comparatur. Quia sicut sine sui corruptione fidus

suum emittit radium, sic abique sui lésione Virgo parcurit Filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa Stella ex Jacob orta cuius radius uniuersum orbem illuminat; cuius splendor, & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam per lustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora; fovec virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara, & eximia Stella super hoc mare magnum, & spatiosum necessario sublevata, micans meritis illustrans exemplis.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion; quali myrrha electa. \* Dedi suauitatem odoris:

V. Et sicut cinamomum, & balsamum aromatizans. Dedi.

### LECTIO V.

**O** Quisquis te intelligis in huius sæculi pro finio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare: Ne avertas oculos a fulgore huius sideris, si non vis obrus procellis, si insurgant venti tentationum, respice Stellam voca Mariam. Si iactas in superbia vendis, si ambitionis, si detractionis, si emulationis, respice Stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra naviculum concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conf-

cientiæ scelerate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abyssos; cogita Martam.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut Sol, & formosa tanquam Ierusalem? \* Viderunt eam filie Sion, & beatam dixerunt, & Reginae laudaverunt eam.

V. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia, cōvallium. Viderunt.

### LECTIO VI.

**I**n periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde; & ut impetres eius orationis suffragium, non deferas conversationis exemplum. Ipsam sequens, non devias; ipsam rogans non desperas; ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente, non corrui; Ipsa protegente, non metuis; ipsa dante, non tangeris; ipsa propitia, per venis, & sic in te metipso experiris quam merito dictum sit. Et Nomen Virginis Maria. Quod quidem venerabile Nomen, iam pridem in quibusdam Christiani Orbis partibus speciali ritu cultum, Innocentius Undecimus Romanus Pontifex, ob insignem Victoriam sub eiusdem Virginis Mariæ præsidio de immanissimo Turcarum Tyranno cervicibus Populi Christiani insultante Viennæ in Austria partam, & in perennis tanti beneficii monumentum, in Ecclesia universalis singulis annis

annis Dominica infra Octavam Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ celebrati præcepit.

R. Ornatam monilibus filiam Ierusalem Dominus concupivit. \* Et videntes eam filie Sion, beatissimam prædicauerunt dicentes. \* Vnguentum effusum nomen tuum.

V. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu de aurato circumdata varietate. Et videntes. Gloria. Vnguentum.

### IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

#### Lectio vij.

**I**n illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in Civitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, & nomen Virginis Maria. Eu homilia S. Petri Chrysologi.

#### Serm. 142. de Annuntiat.

Audistis hodie, fratres charissimi, Angelum cum uliere de hominis reparatione tractantem. Audistis agi, ut homo cursu buseisdem, quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit eum Maria Angelus de salute, quia cum Eva Angelus egerat de ruina. Audistis Angelum de carnis nostræ limbo Templum Divinæ Maiestatis arte ineffabili construentem. Audistis in terris Deum, in cœlis homi-

nam Sacramento incomprehensibili collocari. Audistis, inaudita ratione in vno corpore Deum, hominemque misceri. Audistis fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelicæ exhortatione roborari. Tu autem Dñe, &c.

R. Felix namque es Sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima. \* Quia ex te ortus est Sol iustitiæ, Christus Deus noster. V. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto foemineo sexu. Sentiant omnes tuum iuvamen, qui cumque celebrant tuam sanctam commemorationem. Quia.

#### Lectio viii.

Danique ne tanto ponderi celestis fabricæ in Maria subtilis, nostri corporis arena succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox precessit, dicens: Ne timeas Maria. Ante causam dignitas Virginis annuntiatur ex nomine; Nam Maria Hebræo sermone latine Domina nuncupatur: Vocat ergo Angelus Dominam, ut Dominaberis. Gemitricem trepidatio deserat servitutis, quàm nasci, & vocari Dominam ipsa sui germinis fecit, & impetravit auctoritas: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam. Verum est, quis qui invenit gratiam, nescit timere. Invenisti gratiam.

R. Beatam me dicem omnes

cionēs.\* Quia fecit mihi Dominus  
magna, qui potens est! \* Et sanctum  
nomen eius. V. Et misericordia eius  
à progenie in progenies timentibus  
eum. Quia fecit. Gloria. Et san-  
ctum.

### Lectio vix.

De homil. Dominice occurrentis.

Se autem idem officium; iuxta rubri-  
cas Breviarij Romani transferendum sit;  
nona lectio sumatur eo anno ex Officio Bea-  
te Mariæ in sabbato mensis Septembr.

Ad Laudes, & per horas.

Ant. Dum esset Rex. cum reliq. vt  
in officio S. Mariæ in sabbato.

Capit. Ab initio.

V. Diffusa est gratia in labijs  
tuis. Propitius benedixit te Deus  
in eternum.

egnat. *Ant. benedictus, Ant.*

Beata es Maria, quæ credidisti, perfici-  
entur in te, quæ dicta sunt tibi à  
Domino. Alleluia.

Officium. Concede quæsumus, vt supr.  
in Officio Antiphona Capitula, &  
Responsoria brevia, vt in officio Beate Ma-  
riæ in sabbato.

Oratio. Concede quæsumus,  
omnipotens Deus.

Ant. apponenda in Breviario Roma-  
no post officium in die Nativitatis B. V.  
Mariæ.


Die Dominica infra octavam Offi-  
cium de Sanctissimo Nomine B. V.  
Mariæ.

Verba à ponenda in Calendario Brevia-  
rij Romano, post diem 8. Septembris.  
Nativitas B. M. Virginis, &c.

Dominica infra octavam. Festum  
Sanctissimi Nominis B. Mariæ Vir-  
ginis.

In Tabella verò, in qua enumerantur  
duplex 1. & 2. classis, &c. in Rubrica du-  
plicium maiorum per annum post verbum  
Conceptio, addarunt.

### Festum Nominis.



Die 20. Septembris.

In festo SS. Mariæ, & Susannæ, &  
Marthæ eius matris Martyrum. Diæcesis.  
Gadibus, sit officium duplex maius. In  
Diæcesi, duplex minus; omnia de com-  
muni martyrum non Virginum.

### Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine,  
Deus noster, Sanctarum martyrum  
tuarum Mariæ Susannæ, & Marthæ  
palmas incessabili devotione vene-  
rari, vt quas digna mente non possu-  
mus celebrare, humilibus saltem  
frequentemus obsequijs. Per Domi-  
num.

Lectiones primi Nocturni. Gadibus, de  
libro Ecclesiastic: Confitebor tibi,

In Diæcesi, de Scriptura occurrente.

### IN SECUNDO NOCTVRNO

Sermo S. Iohannis Chrysostomi: Ego  
maxime. Homilia in Evangelium: S.

mile est Regnum Cœlorum. Thesau-  
ro; omnia de communi, ut supra.

Nona Lectio Homilia, & commemora-  
tio in Laudibus Vigilia S. Matthæi Apo-  
stoli.

¶ Si hoc festum venerit in Dominica  
fit commemoratio de ea: in primis vespè-  
ris, & Laudibus, cum nona lectione, Ho-  
milia Dominica.

¶ Si hoc festum venerit in quatuor  
temperibus, nona lectio legitur de Homilia  
feria occurrentis, cum eius commemoratio-  
ne in Laudibus tantum (& de Vigilia  
nihil fit nisi in Missa.)

¶ Festum SS. Eustachij, & sociorum  
transfertur in primam diem officio novem  
lectionum non impeditam.

¶ Vespera S. Matthæi Apostoli, cum  
commemoratione festi prædicti.



Die 25. Septembris.

In festo S. Herculiani martyris. In Ca-  
thedrali, duplex, propter insignem reli-  
quiam, quæ in ea servatur; omnia de com-  
muni unius martyris.

ORATIO.

**P**Ræsta quæsumus, Omnipotens  
Deus, ut intercedente Beato  
Herculano martyre tuo, & à  
cunctis adversitatibus liberemur in  
corpore; & à pravis cogitationibus  
mudemur in mente. Per Dominum  
nostrum, &c.

Lectioes primi nocturni de scriptu-  
ra occurrente.

Lectioes secundi nocturni: Princi-  
pes. Homilia in Evangelium: Si quis

venit ad me

¶ Si hoc festum venerit in Dominica  
fit de eo cum nona lectione Homilia, &  
commemoratione Dominica; in Laudi-  
bus, & utriusque vespèris, & commemo-  
ratio festi sequentis.



In festo SS. Rosarij B. M. V. quod cele-  
bratur ubique ex decreto Clementis X.

In prima Dominica Octobris, ea scilicet,  
quæ venerit in Kalendis, vel post ip-  
sas Kalendas: ex decreto Gregorij XII.  
In Brevis: Quod incipit monet Apostolus,  
duplex maius.

officium ut in festo ad Nives S. Au-  
gusti, præter ea, quæ hic assignantur.

Oratio.

Supplicationem fervorū tuo-  
rum, Deus miserator, exaudi; ut qui  
in solemnitate Sacratissimi Rosarij  
Deigenitricis, & Virginis congrega-  
mur, eius intercessionibus à te deris-  
tantibus periculis eruamur.

Per eundem Dñm. &c.

Lectioes secundi nocturni, desumptæ,  
ex primo die Nativitatis B. M.

Lectio iv.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

**A**dest nobis, dilectissimi, opaculus  
dies Beatæ, ac venerabilis, sem-  
per Virginis Mariæ; idcirco cum  
summa exultatione gaudet tantæ solem-  
nitatis Virginis illustrata solem-  
nitate: Hæc est enim nos campis de

G

qua

qua ortum est preciosum Liliū, & novī partus evieit, & Hevæ plantū  
valliū, per cuius partū mittatur ctus Mariæ carus exclusit.  
natura proto plāstorū, deletur, & cū  
culpa; præcisum est in ea illud He-  
ræ infelicitatis elogium, quod dicitur:  
In dolore paries filios, quia ista  
in læticia Dominum peperit.

## Lectio v.

**H**Eva enim luxit, ista exultavit:  
Heva lacrymas, Maria gaudiū  
in vētre portavit; quia  
illa peccatorem, ista edidit innocen-  
tem, Mater generis nostri pœnam  
intulit mundo, Genitrix Domini  
nostri salutem intulit mundo. Au-  
ctrix peccati Heva, auctrix meriti  
Maria: Heva occidendo obfuit, Ma-  
ria vivificando profuit; illa percū-  
ssit, ista sanavit. Pro inobedientia  
enim obedientia commutatur; fides  
pro perfidia compensatur.

## Lectio vi.

**P**laudat nūstis Organis Maria, &  
inter velocēs articulos tympana  
puerperæ contrepent. Con-  
cinant lætantes Chori, & alternan-  
tibus modulis dulcisona carmina  
misceantur. Audite igitur, quem  
ad modum tympanistria nostra can-  
taverit, ait enim: Magnificat anima  
mea Dominum, & exultavit Spiritus  
meus in Deo salutari meo. Quia  
respexit humilitatem ancillæ suæ:  
ecce enim ex hoc beatam me dicent  
omnes generationes, quia fecit mihi  
magna, quæ potens est: causam igitur  
in valescentis errati miraculū

*Nona Lectio legitur de Homilia Domi-  
nica, & de ea fit commemoratio in lau-  
dibus; & utriusque Vesperis.*



Die 21. Octobris.

*In festo SS. Ursule, & sociarum Vir-  
ginum, & martyrum, in Cathedrali, du-  
plex, propter insignes reliquias, quæ ibi  
asseruatur, omnia de communi Virginum.*

## ORATIO.

Da nobis, quesumus Domine:  
Deus noster, Sanctarum Virginum,  
& martyrum Ursule, & sociarum  
eius, palmas incessabili devotione ve-  
nerari; ut quas digna mente non pos-  
sumus celebrare, humilibus saltem  
frequentemus obsequijs. Per Domi-  
num nostrum.

## IN PRIMO NOCTVRNO.

*Lectioes de Scriptura occurrente.*

## IN II. NOCTVRNO.

*Ex lib. s. Cypriani: Nunc nobis, ut  
in communi Virginum.*


*Homilia in Evangelium: Simile est  
decem Virginibus.*

*Nona lectio (quæ fit ex aurbis) legi-  
tur de s. Hilariōe Abbatē, cum comme-  
moratione in Laudibus, & primis vespe-  
ris.*

*Si hoc festum venerit in Dominica fit*

desesto cum uona lectione Hemilia, & commemoratione Dominica, & sancti Hilartonis.

¶ Per Diocesim fir de S. Hilarione, cum commemoratione SS. Vrfula, &c.



Die 23. Octobris.

In festo SS. Servandi, & Germani fratrum martyrum Patronorum Ecclesia Gadicensis, & Diocesis.

¶ In tota Diacesi festum de precepto.

¶ In tota Diacesi officium, duplex, prima classis cum octaua.

Omnia de communi plurimorum martyrum, prater ea, que hic assignantur propria.

Ad Vesperas.

Añā. Omnes Sancti, cum reliquis de Communi.

O R A T O.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sanctis fratribus Servando, & Germano mirabilem fidei constantiam tribuisti, concede propitius, vt qui tantorum martyrum patrocinio fruimur, eorum perpetua intercessionem roboremur. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum.

IN PRIMO NOCTVRNO.

De Epistola B. Pauli Apost. Fratres debitores sumus, vt in communi.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Ex Martyrologijs, & Breviarijs Hisp.

Leccio iv.

Servandus, & Germanus fratres patre Marcello Legionensi viro non solum martyrio, sed, & felici duodecim filiorum sobole preclaro, marite Nona Sanctissima femina nati sunt. Hi ab ipsis incubulis, Christianam Religionem cum Sanctissimis moribus a pijs parentibus alte imbiberunt. In ea ergo sanctis que eius officijs sese strenue exercentes Christi gloriam nominque palam confitebantur, Savie re autem eo tempore persecutionis in Christianos procella, comprehensi & ad Præsidem adducti, generosa libertate Christianos se professi sunt. Rogari vt desisterent, & thure dijs offerrent sic salvos, & magnis honoribus auctos fore, responderunt sibi in Christo satis honoris, & divitiarum repositum esse, eique vt Deo verò, non falsis simulachris cultum delatores. Iratus Iudex, eos varijs, & exquisitis cruciatibus torqueri iubet; sed non potuit tantam iuvenum indolem a proposito dimovere, fundari enim erant supra firmam petram, & invicti patris, & tot doctissimis exemplis confirmatis: magna ergo cum gloria ex eo certamine Confessorum titulum reportarunt.

R. Sancti tui Domine.

Leccio v.

Pace iterim Ecclesie reddita multo liberius Christum profitebantur, multos ex impiorum ad fidem reducebant, alios in ea confirmabant;

idola, & nefaria gentium sacra aperte, ac libere invehantur, ea vbicūque inventa prolliganda curabant, multis fortitudinem fidei admirantibus, & eorum exemplum sequentibus, quod viros Sanctissimos in Christi nomine Dæmones ē corpori bus obsessis ejicere, agris sanitatem reddere, & multis alijs miraculis in-  
 clarescerent viderent. Novo autem Imperatorum edicto iterum Ecclesie pace turbata Christi Athletæ iterum a Provincia Præsidentem rapiuntur, qui eos flagris sevissimis cordi, & ferreis pectinibus excarnificari iubet: nec sic tamen alte insitā fidem ex illorum animis evellit im-  
 mō in media tormentorum acerbitate, magno cum gaudio, & Christi laudes, & Idolorum infamiam prædicabant.

R. Berbera carnificum.

Lectio vi.

Decrevit autem præses, eius causæ cognitionem referre ad Vicariū Præfeti Prætorii, qui tunc erat in Provincia Tingitana. Arrepto ergo longo, & difficili itinere, Sanctos fratres secum pergere iubet, qui nudis pedibus, gravi catenarum onere impediti, molestijs, & contumelijs maximis affecti, fame, sitique penē enecari eum sequuntur. Quas incommoditates, erumnaeque aquisimīs animis pro Christo ferendas duxerunt, & eō quidem libentius, quod eas ipsas, & Marcellus pater, & fratres Hemeterius, & Chelidonius, eo

ipso itinere, & eadem de causa antea ducti, suo exemplo ipsi leviores fecissent. Perventum tandem est ad vicum Gaditani Conventus nomine Vrsonianum, in quō cum allata esset Viatoris Vicarij sententia, securi percussi in Cœlum migrarunt decimo kalendas Novembris. Germani corpus (vt refer Sanctus Isidorus) Gadibus sepultum, postea ementam transportatum est. Corpus autem Servandi Hispalim translātū inter Sanctas Virgines Justam, & Rufinam recordicum est, cuius reliquie in Hispalensi Ecclesia hodie religiosè asservantur, & hierotheam per anniversariam amborum celebritatem Populo ostenduntur.

R. Tamquam aurum.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.


IN illo tempore: Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri. Et reliqua.

Homilia vt in Communi plurimorum martyrum.

Res. viii. Hæc est vera fraternitas.

si hoc festum venerit in Dominica, nona lectio legitur de eius Homilia, cum commemoratione in Laudibus, & vtriusque vespers.

In secundis vespers, Ant. Iste sunt, cum reliquis de communi.



Die 24. Februarii.

secunda infra octavam.

## IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiohes de scriptura occurrente.

## IN SECVNDQ NOCTVRNO.

Sermo Sancti Gregorij Nazianzenis; ex oratione in Laude s. Cypriani, Paulo p. se initium.

Lectio iv.

**O**Mnium quidem martyrum memoria laeta colenda est, omnibusque, & lingua, & aures; & mentes, promptè aperiendæ, ut decorum laudibus libenter aliquid dicamus, & audiamus, omniaque alia eorum certaminibus inferiora esse censeamus: nam cum multa nos ad melioris vite studium ducant, atq; ad virtutem erudiant, ratio, lex, Prophete, Apostoli, ipsaque Christi primi martyris supplicia, nō minus tamē ad vitam rectè instituendam nobis utilitatis afferunt martyres, holocausta ratione prædita, & iustitiae perfectæ, oblationes Deo gratæ, veritatis præcones, vitij infectatores, mundi lustratio.

R. Sancti tui Domine.

Ex eodem in Epistola ad s. Gregorium missenm.

Lectio v.

**C**ertemus propter Athletas, vincamus propter victores, testimonium dicamus veritati propter martyres, hoc illorum certami-

nibus de nus, ut ipsi quoque victicem Palmā assequamur, atque eiusdē gloriæ haeredes simus, tam illius, quā à nobis accipiunt, quā illius quē in Coelis recondita est: Cuiusmodi nimenta quidam, & signa exigua sunt, quē oculi cernuntur: aduersus Principatus, & Potestates certamineamus, aduersus invisibiles persecutores, & tyrannos, aduersus mundi rectores tenebrarum huius sæculi, aduersus spirituales nequitias in celestibus, & circa cœlestia feruntur.

R. Verba carnicum.

Lectio vi.

-IN omnibus fidei scutum assumamus, atque omnes perversi spiritus sagittas e fugiamus; nam hic quoque bellū grave, & periculosum est, hec quoque dimicatio magna, & amplū ac luculentum hoc trophæum; si ad hunc modum confluimus, haud dubiè festū hunc diem, ut Christo gratum est celebramus, haud dubiè martyres honore afficiamus. Deus pacis, qui nos sibi per crucem reconciliavit, nobis in animū inducat, ut martyrum festa spiritali modo celebrenus, supernisq; illis delictis dignos nos habeat, & cum iustitia appa- rentes gloria sua satiet, quæ denuit in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & potentia, & honor, & adoratio in sæcula seculorum. Amen.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum

Lucam. Cap. 1. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

**I**n illo tempore: rescendens Iesus de monte sterit in lococampetris & turba Discipulorum eius. Et reliqua.

De Homilia S. Ambrosij Episcopi. Lib. 5. in Lucam.

*Leccio vii.*

Secunda benedictio, Beati mites.

Tertia. Beati, qui lugent. Quarta, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Quinta, Beati misericordes. Sexta, Beati mundo corde. Septima, Beati pacifici; & bene septima, quoniam eo die ab omnibus mundi operibus requiecit Deus, dies enim quietis, & pacis est. Octava Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Veni, Domine Iesu, doce nos ordinem beatitudinum tuarum, neque enim sine ordine dixisti: Primo, Beatos pauperes spiritu. Secundo, Beatos mites; & tertio, Beatos qui lugent. Beati pauperes, paupertas enim media est, possunt, & boni esse, & mali pauperes; nisi ille fortes intelligendus pauper Beatus, quem Propheta describit, dicens: quia me non pauper iustus, quam dives mendax.

Propter testamentum.

*Leccio viii.*

Beatus pauper, qui clamavit, & Dominus exaudivit eum, pauper à crimine, pauper à vitijs, pauper in quo Princeps mundi nihil invenit; pauper, illius æmulus paupe-

ris, qui cum dives esset, propter nos pauper factus est, unde plene Matheus aperuit, dicens: Beati pauperes spiritu, pauper enim spiritu, non inflatur, non extollitur, mente carnalis fuit; prima ergo ista benedictio est, cum deposuero omne peccatum, & exuero omne in malitiam inops malorum, super est ut mores meos temperem. Quid enim mihi prodest carere secularibus, nisi fuero mitis, atque mansuetus? Nam qui sequitur viam rectam, sequitur utique illam, qui ait, discite à me quia mitis sum, & humilis corde.


R. viii. Græ est vera fraternitas.

*Leccio ix.*

Bene tertia benedictio est, peccata desolantis: quia Trinitas est quæ peccata condonat: ablut igitur telacrymis tuis, lava fletibus: habet, vniuersique; quos fiat mortuos suos; mortui sumus quando peccamus: qui peccator est, desolat se, & arguat se, ut fiat iustus: deposui peccatum, delicta devi, esurire incipio, sitire iustitia: nager enim cum ingravi morbo est, non esurit, quia agnitionis dolor excludit famem. Sed quæ est ista famis iustitiæ? Qui sum, uti panes quos esurit iustus, ne forte panes illi de quibus, dictum est, non vidi iustum, nec semen eius querens panem: qui esurit, utique virum querit augmentum; quod autem maius. Virtutum incrementum; quam norma iustitiæ? Te Deum.

In secundis Vespers commemoratio

33. Chrysostomus, &amp; Maria mart.



Die 25. Octobris.

Tertia die infraseptuagimae.

## IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

## IN SECUNDO NOCTVRNO.

Ex tractatu S. Cypriani: De exhortatione martyrum, cap. 12.

Lectio iv.

**Q**UAE spes, & merces maneat martyres post conflictationes huius temporis, & passiones, per Salomonem Spiritus Sanctus ostendit, dicens; & sic coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est, & in paucis verkari in multis bene disponetur, quoniam Deus tentavit illos, & invenit illos dignos se. Quis ergo non omnibus viribus elaboret ad tantam claritatem pervenire, ut amicus Dei fiat, ut cum Christo statim gaudeat? ut post tormenta, & supplicia terrena, premia divina percipiat? Si militibus secularibus gloriosum est, ut hoste devicto redeant in patriam triumphantes, quanto potior, & maior est gloriæ victo diabolo, ad paradysum triumphantem redire?

Lectio v.

Quanto maior est gloria, unde

Adam peccator eiectus est, illustre propha victoria reportare? Offerre Deo acceptissimum munus, incorruptam fidem, & virtutem mentis incolumem, laudem devotionis illustrem? Comitari eum cum venire ceperit vix dictam de inimicis recepturus? Lateri eius assistere, cum sedere iudicaturus? Coheredem Christi fieri? Angelis adaequari? Cum Patriarchis, cum Apostolis, cum Prophetis Coelestis Regni possessiones latari? Has cogitationes, quae perfectio potest vincere? Quae possunt tormenta superare? Durat fortis, & stabilis religiosus meditationibus fundata mens, & adversus omnes Diaboli terrores, & minas mundi, animus immobilis perstat, quem futurorum fides certa, & solida corroborat.

Lectio vi.

**C**LAUDUNTUR oculi in persecutionibus terrae, sed patet Coelum; minatur Antichristus, sed Christus tueri; mors infertur, sed immortalitas sequitur: occiso mundus eripitur, sed restituto Paradysus exhibetur; vita temporalis extinguitur, sed aeterna reparatur: quanta est dignitas, & quanta securitas exire hinc latum? Exire inter pressuras, & angustias gloriosum? Claudere in momento oculos quibus homines videbantur, & mundus, & capere eosdem statim, ut Deus videatur, & Christus? Tam feliciter migrandi, quanta velocitatis? Terris repente subtraheris, ut

in Regnis Cœlestibus reponaris: hoc oportet mente, & cogitatione compleri, hæc die, ac nocte meditari

## IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam. Cap. 6.

**I**n illo tempore: Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri & turba Discipulorum eius. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ, Præfbyteri. *Lib. 2 in Luc.*

### Lectio vii.

Electurus Apostolos Dominus in montana subijt, turbas verò docturus ad campestria redit; quia non nisi in humili Christum turbæ videre sufficiunt; nam hæc est norma, quam sequutus Apostolus ait, nō potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quasi parvulis in Christo hæc vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis, sed nunc quidē potestis. Apostoli autem ipsi (secundum Matthæum) quasi perfectiores, & in monte, & apertio Salvatoris ore docti esse narrantur. Vbi si quis diligentius verū quē velit Evangelistam perferutari, potest intelligi cum in monte duodecim Discipulos elegit ē pluribus, quos, & Apostolos nominavit (quod Matthæus prætermisit) tunc illū habuisse Sermonem quem interposuit, & Lucas tacuit, hoc est in mō-

te, ac de inde cum descenderet in locum campestri habuisse alterum similem, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet.


### Lectio viii.

**M**aritimam multitudinem non à proximo mari Galilææ (neque enim hoc miraculi loco poneret) sed à mari magno reor esse cognominatam, in qua etiam Tyrus, & Sydon comprehendi poterant, Vbi notandum, quia Dominus, & si venientibus ad se Gentibus misertus sit, unde, & puerum Centurionis, & Cananæ filiam approbatam potentium fide curavit, non tamen totū Civitates intrasse reperitur, ne vide licet occasionem querere Judæi calūmniantibus suggeret, sed perfecti potius salutem gentium Passionis, & Resurrectionis suæ tempore referat: quo imminente tempore, Gentilibus eum videre querentibus ait; nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

### Lectio ix.

Legitur de sanctis Chrysostomus, & Daria, u in Breviario.

In vesperis commemoratio S. Evaristi, Pape, & martyris.



Die 26. Febreis.

Quarta die infra octavam.

## IN PRIMO NOCTVRNO.

Lectiões de Scriptura occurrente.

## IN SECVNDO NOCTVRNO.

Sermo S. Ambrosii Episcopi. Ex  
Sermonibus 76. & 77.

Lectio iij.

**C**um Omnium Sanctorum Martyrum devotissimè natalem celebrare debemus; tum præcipue eorum solemnitas tota nobis veneratione curanda est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinè profuderunt: nam licet vniversi Sancti vbique sint, & omnibus præsent, specialiter illi tamen pro nobis interueniunt, qui, & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur sed civibus; sibi enim patitur ad præmiū, civibus ad exemplum: sibi patitur ad requiem, civibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere didicimus contumelijs vitam æternam quærere, mortem didicimus non timere.

*hæc oratio beati S. Maximi in  
natali SS. Petri & Pauli Martyrum.*  
Lectio v.

Beati igitur Martyres, nec sibi vixerunt, nec sibi sunt mortui. Exemplum enim nobis reliquerunt bene vivendo conversationis, tolerando fortiter Passiones; nam ideò Dominus per totum mundum diversis in locis pati Martyres voluit, vt tam-

quam idonei testes nos præsentem quòdam fidei exemplo suæ confessionis vrgerent; vt humana fragilitas, quæ prædicationi Dominicæ auditu longiore vix credit vel præsentem oculorum testimonio martyrio credere. Beatorum. Hæc, & alia petiora mirabilia per Sanctos fieri, omnibus notum est: & ideò, fratres veneremur eos in sæculo, quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis ossibus parentum nostrorum iungimur, ita, & eis fidei imitatione iungamur.

Lectio vi.

**S**ancti Martyres, & si voce tacent; factorum virtute nos educunt; & si lingua silent, martyrij Passione persuadent. Vnde, quamvis discretus Orator facundia sua me doceat, id tamen quod vtile est mihi melius discō exemplo Sanctorum, quam assertione verborum. Citius mihi persuadent oculi, quod cernunt, quàm auris potest insinuare quod præterit; auditui enim cito irrepit obliuio oculorū autē historia semper in præcipitur. Quis enim non omnibus horis momentisque conspiciat, quem admodum tunc Beati Martyres propter nomen Christi diversus subiaceret supplicijs, & de ipsis panis quodammodo triumphabant? Quanto enim plura patiebantur, tanto se victoriosissimos credebant, victoria enim est Martyris, iudicium persequentis.

## IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum  
Lucam. Cap. 6.

**I**n illo tempore: Descendens Iesus  
de monte stetit in loco campe-  
stri. Et reliqua.

De Homilia venerabilis Bedæ Præ-  
byteri. *Lib. 2. in Luc.*

*Lectio vij.*

**E**t omnis turba quærebat cum  
tangere. supra leprosus Domino  
tangente mundatur, & hic om-  
nis turba, quæ cum tangere potuit.  
spiritus illius virtute sanatur: tactus  
ergo Salvatoris opus est salutis: quæ  
tangere est fideliter in eum credere,  
à quo tangi est eius munere forma-  
ri: sed vnusquisque in suo sensu abũ-  
dat: turba quæ delongè ad audiendũ  
confluit, descendens in campum  
Domini curantur: attractu: Discipuli  
qui in minoribus iam sunt instituti;  
in montis Cacumine ad maiora pro-  
vehuntur: ex quibus etiam eligun-  
tur qui eum transfiguratum secreto  
in monte speculentur: vnus præ om-  
nibus, quasi sublimioris sapientiæ  
fonte inæbriandus, Magistri recum-  
bit in pectore.

*Lectio viii.*

Raro vsipiam, vel turbas Domi-  
num ad altiora sequi, vel quempiam

debilem inuenies in monte curari;  
sed extincta febre libidinum, accen-  
sæque scientiæ Luce, pederentim  
quemquam ad culmen subire virtu-  
tum. Nam, & in veteri testamento.  
Moyſes solus cum Josue montẽ Dei  
ascendens ad Regem dum vulgus in  
campo donec redirent, Aaron ordi-  
navit, & Hur. Aaron quippe qui in-  
terpretatur mons fortitudinis, singu-  
larem Dominicæ Incarnationis ex-  
cellentiam: Hur verò, qui ignis di-  
citur, donum Sancti Spiritus insi-  
nuat, quia plures in Ecclesiâ parvuli  
& si comitari Magistros ad pueni-  
da summa diuinitatis arcana neque-  
unt, Dominicæ tamen Incarnatio-  
nis Sacramentis redimi, & Spiritus  
Sancti possunt ardore signari.

*Lectio xli.*

De Sancto Evaristo, *ut in breui-*  
*ren.*

*Die 27. Octobris.*

*Et quinta infra octauam.*

IN PRIMO NOCTVRNO.  
*Lectioes de scriptura occurrentes.*

IN II. NOCTVRNO.

Sermo Sancti Joannis Chrysosto-  
mi. *Ex oratione 5. aduersus Iudæos, post*  
*medium, tomo 5.*

*Lectio iu.*

Quam multi frequenter optarunt  
mar.

martyrij Coronam accipere? Hæc est parata Martyri Corona; non enim is modo martyrismum peragit, qui iussus sacrificare potius ducit emori, quam etiam servare quod instum est, ac sponte propter Deum mortem accersere, manifestum est martyrismum. At ut intelligas esse verum hoc, recordare quomodo Ioannes Baptista mortuus sit, & qua de causa, & quam obrem, quomodo Abel; neuter enim horum, vel Altare vidit incensam, vel statum positam vel missam fuit immolare Dæmonibus. Sed ille quidem, quia tantummodo reprehendit Herodem decolatus est, hic verò quoniam Deum meliori sacrificio honoravit, quam frater occisus est. Num igitur privata sunt martyrij Corona, aut qui hoc audeat dicere? Quando quidem ipsum etiam mortis genus sufficit ab omnibus persuadendum, quod inter primos martyres celebrantur.

Lectio v.

Quod si etiam divinam sententiam super his prolatam queris, audi quid dicit Paulus exorsus ab Abel; cum dixisset, quod maiorem hostiam Abel præ Cain obtulisset Deo, & propter hanc mortuus adducere loqueretur, deinde digressus ad Prophetas, ac decursa serie usque ad Joannem dixisset, occisione gladii mortui sunt, multis, & diversis mortis generibus commemoratis, subiicit hoc modo: Itaque nos quoque, tantum habentes circumdantem nos nubem mar-

tyrum, abiecta omni segnitie, & tenaciter inhzrente peccato, per tolerantiam curiamus. Vides quod etiam Abel appellavit martyrem?

Lectio vij.

Quem admodum, etiam inquit Paulus, quotidie moritur, atqui non mortuus est, sed proposita tantum perpeffus est mortem, sic, & tu si repuleris incantamenta, beneficia, ac magicas Artes, etiam si morbo moriaris, martyr perfectus eris; ac quod alijs pollicentibus morbi levatione cum impietate, & hæc nobis dicta sunt adversus eos, qui iactant, dicuntque, Dæmones mederi. Ne igitur fraudibus illorum abducaris, sed esto confirmatus in timore Dei, ne similes illorum fias: nam similes illorum sunt, qui faciunt eadem, & omnes qui confidunt in illis. Talentum igitur nobis a Deo traditum multiplicemus, ut possimus illam beatam audire vocem: Euge serve bone, & fidelis, supra multa te contineam, intra in gaudium Domini tui.

INTERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Descendens Iesus de monte iterit in locum campestri. Et reliqua.

De Homilia venerabilis Bedæ Præbyteri. Lib. 2. in Lucam.

Lectio viii. Et ipse elevatis oculis in Dis-

los suos, dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei. Et si generaliter omnibus loquitur, specialius tamen oculos Saluatoris in Discipulos levat, ut his qui Verbum in tenta cordis percipiunt, latius saporis interni lumen aperiatur. Cui simile est quod Matthæus ait: & cum se disset accesserunt ad eum Discipuli eius, & aperient os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu; nam quibus os in monte sedens aperit, ut magna sublimiter audiant, in eos oculos stans in campo dirigit, ut audita patenter intelligant. Beati itaque pauperes, non utique omnes, sed illi tantummodo, qui omni præsentis sæculi tamen altū videatur, pro nihilo culmen ducunt.

*Leccio viii.*

Qui meritō Regni Cœlestis perhibentur munere digni, quia delectionis humanæ probantur cupiditate nudari, qualem se Rex David pauperiem sustinuisse declarans ait; ego verò egenus, & pauper sum: & alibi non modo terrena, sed, & ipsa pro Domino super cœlestia parvi pendens; dicensque quid enim mihi restat in Cœlo, & à te quid volui super terram? Mox ubi spei sue fixisset anchoram, subdendo manifestat, mihi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam: alioquin non nulli mihi ferri conditione paupertatis, & hæc sæculi gaudijs ob inopiam rerum, & sibi Regno Dei ob meritum

nequitiam carentia. *Leccio ix.*

**Homilia de Vigilia Apostolorum Simonis, & Judæ ut in Breviario, & commemoratio ad Laudes.**  
*Vesperæ ss. Apostolorum Simonis, & Judæ, sine commemoratione octavæ.*

*Die 28. Octobris.*

*Et sexta infra octavam de ss. Apostolis Simone, & Iudæ, ut in Breviario, sine commemoratione octavæ.*  
*In secundis vespertis fit commemoratio octavæ si de ea reciteretur die sequenti.*

*Die 29. Octobris.*

*Et septima infra octavam.*  
**IN PRIMO NOCTVRNO.**  
*Lectiones de Scripturâ occurrente.*

**IN SECUNDO NOCTVRO.**

*Sermo sancti Augustini Episcopi.*  
*Tomo 1<sup>o</sup>. serm. 6. de Martyribus.*

*Leccio x.*

**Quoniam dies Sanctorum Martyrum est, unde potius aliquid delectet nos dicere, nisi de gloria ipsorum? Adiuvet nos Dominus Martyrum. Audivimus Paulo ante Beatum Apostolum prædicantem; quis nos separabit à charitate Christi? Ista vox est Martyrum: Tribula-**

tio? An angustia? An persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est. propter te mortificamur tota die, depurati sumus. et oves occisionis: sed in his omnibus superamus, propter eum, qui dilexit nos: Hec est vox Martyrum: omnia tolerare, & de se nihil presumere, illum diligere, qui glorificatur in suis, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur. Noverant, & illud: Latamini in Domino, & exultate iusti in Deo.

### Lesio v.

Habent delectationem suam divites: sed plus habet delectari iustitia; delectari divitis cum iustitia. Vbi autem talis articulus retributionis inciderit; ut duo hęc veniant in retributionem divitiarum: & iustitia, & non possis habere utrumque æquale, sed si dimiseris manum tuam a iustitia, pereant divitiæ, si dimiseris manum tuam a divitiis, necesse est, ut iustitia iustitiam: modo elige, modo pugna, modo videamus, si non sine causa cæcasi, latamini in Domino, & exultate iusti: modo videamus, si non sine causa audisti, quis nos separabit a charitate Christi? Equidem prætermisit omnia, quibus blanditur mundus, & te voluit, commemorare cui blanditur mundus.

### Lesio vi.

Sed videte, fratres, totum an Christi facit: admoget Apostolus,

ut præferamus charitatem Dei mundo. Quantas angustias patiuntur, qui voluit rapere res alienas? Si ergo hoc meretur temporalis cupiditas, quare non mereatur Christi hereditas? Avarus dicit in corde suo, quis nos separabit a cupiditate auri? Optime ergo dicunt sancti Martyres in Psalmis: Discerne causam meam. Tribulantur, & avari; illi propter aurum nos propter res similes ponunt, sed differentia causa: ibi erat Christus, vbi, & latrones: similis poena, sed dissimilis causa, unus latro credidit, alius blasphemavit; Dominus iacet ambos iudicavit illum, qui blasphemavit, in Tartarum, idamnavit, alium in Paradiso secum constituit? Quare hoc? Quia, & si æqualis poena, sed impar erat causa. Eligite ergo Martyrium causas, si vultis pervenire ad Martyrium Palmas.

### IN TERTIO NOCTURNO.

Lesio Sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Descendens Jesus de monte stetit in loco campestris. Et reliqua.

De Homilia Venerabilis Bede Presbyteri. Lib. 2. in Luc.

### Lesio vii.

Beati qui tunc esuritis, quia saturabimini. Quid esurire, beati, quid seipsum debant. Martham ex-

ant, videlicet iustitiam apertissime  
nos instituens; numquam nos satis  
iustos estimare debere, sed quodia-  
num iustitia semper amare; immo  
ardere perfectum cuius perfectam  
saturitatem non in hoc saeculo, sed  
in futuro, posse provenire; superno-  
rum desiderio flagrans Psalmista of-  
fendit; qui ait, ego autem cum iusti-  
tia apparebo in conspectu tuo, satia-  
bor dum manifestabitur gloria tua.  
Potest, & simpliciter accipi, beati  
qui nunc esuritis, qui castigatis cor-  
pus vestram, & servituti subijcitis,  
qui in fame, & siti verbo operâ datis  
quia cœlestium tunc gaudiorum ha-  
beris. vberate perfri.

### Lectio viii.

Beati, qui nunc fletis, quia videbi-  
tis; non temporalium damna com-  
modorum, sed virtutum detrimenta  
spiritualium, qui flet, æterna beati-  
tudine consolabuntur. Vbi non no-  
stra solus sed & proximi iubemur  
commissa dolere, quem si vt par est;  
diligimus, consequenter illius, &  
profectu nos gaudiamus, & defectu  
necesse est tribulari, nec solum tribu-  
lari, verum ad lacrymas usque lucten-  
di. Sic enim Samuel, & David, pecca-  
tam salutem, & interitum lugentem  
peccaticum Dominus ipse fleuit sus-  
per Civitatem, & matris compassus  
tororibus, Lazurum (quem divina  
erat maiestate resuscitaturus) huma-  
ni patris miseratione desoleavit.

Quod autem nunc fletis, si nunc

esse promittit, non pueriliter accipie-  
dum, sed scriptura more, risus no-  
mine, mentis exultatio; & affectus  
quidam latiores intelligendus est esse  
designatus sicut Sara (isum inquit)  
in hi fecit Deus; & in Job dictum  
est, os autem veracium replebitur pi-  
su. Per quæ, vt dixit, nomina; gau-  
dinum anime figuratur interius. Bea-  
ti eritis cum vos oderint homines,  
& cum separaverint vos. & ex pro-  
batione gaudete in illa die; &  
exultate, ecce enim merces vestra  
multa est in Cælo.

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

egregia res est, cum fratres simul habitant, simul epulantur, seque invicem protegunt, pulchrius tamen, ac landabilius, virtutis causam simul periclitari. Quod si propatrijs moribus atque institutis certamen inire licuisset fecissemus id quidem; nam hec quoque mortis genus egregium est. Verum quoniam temporis ratio id non tulit, ipsa certe corpora offeramus.

Lectio v.

HOC nobis fixum, certumque sit ut omnes sine ulla exceptione Coronam adipiscamur, nec ullam nostri partem persecutor accipiat, nequeque, & scelere intumescens, perinde de vno superato gloriatur, ac si omnium constantiam infregisset. De mus operam, ut quem admodum ortu, ita etiam morte fratres appareamus. Omnes unius instar, & instar omnium unusquisque periclitetur, tu verò Gaditana Civitas, mortuos tuos magnifice in humis. Concertationes nostras commemora, posterisque nominis tui studiosis pium atque copiosum unius ventris sepulchrum ostende.

Lectio vi.

AT verò egregia maret, & vere illorum tali virtute praeceptorum Parens Nona omnibus acclamabat. Euge filij mei: Euge strenui milites: Euge in corporibus ferme incorpores: Euge senectutis meae, atque Civitatis quae vos aluit, patroni; ni-

hil mundo reliqui, feci omnia Deo tradidit thesaurum meum, spes meas senectutis altrices. Quam magnifice honorata sunt. Habeo educationis vestrae praemia o filij quoniam virtutis causa decretantes vidi, omnes victores aspexi. Sic carnificum ora intueor, quasi ab illis beneficium acceperim: quae vobis contigerunt eiusmodi sunt, ut laetitia acclamationes, gratulationes, gaudium, gloriam, choreas atque hilaritatem omnem, ijs qui superstites relictis fuerint excitare debeant.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Descendens Jesus de monte stetit in loco campestris. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae, Praesbyteri. *Lib. 2. in Luc.*

Lectio vii.

QVI propter divitias hereditatis Christi in Sanctis, propter panem vitae aeternae propter spem coelestium gaudiorum, fletus, esuriem, paupertatemque pari desiderat, beatus est: multo autem beator, qui has inter adversa virtutes servare non trepidat, quia odiant licet homines corde nefando, dilectum cor Christo laedere nequeunt: separent, & synagoga depellant, Christus invenit, & confirmat: exprobrent nomen Crucifixi, ipsi commortuos sibi contra resur-

citat, & cōsedere facit in cōlestibus; beati (inquit) eritis, cum vos oderint homines, docens eos ab hominibus insecundus, sed ultra homines esse beandos.


Lectio viii.

GAudete in illa die, & exultate, ecce enim merces vestra multa est in Caelo. Non hoc à quolibet patiente, sed ab eo qui supernæ tantum mercedis intuitu patitur, præceptum potest impleri, ut scilicet inter odia cordium, inter probra linguarum, inter ipsas persequentium manus, æquali, immo lætiori adhuc corde versetur; non adhuc nostri similes valent, sed eorum qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Qui ergo multa in terris pro Christo sustinet aduersa, multa in Caelis à Christo recipiet dona.

Lectio ix.

BEATI qui per prudentiam inter bonum dignoscentes, & malum, occidua flere, & ad æternam nolūt anhelare, Beati, qui per fortitudinē fidei, omnia valent molesta tolerare. Igitur, qui nec dum consumatæ virtutis arcem conscendere valent, generalis interim perfectionis sunt beatitudine perfovedi, quatenus à bonis paulatim ad meliora progressi, dum consistentem in planitie Dominum libenter auscultant, adhuc quandoque in monte sedentem sublimiter

ascendant; nam quorum adhuc edomandisque cordibus insistit, hos quasi stans (qui situs est laborantis) affatur. Quos verò longo studij spiritalis exercitio promptos iam, ac dociles invenit, his liberate ac dignitate Magistri quasi quietus Salvator resedens mystica quæque de spernis intimat.



Die XXXI Octobris.

IN ALMA ECCLESIA

GADICENSI

FI T OFFICIUM DE VICTORIA de Banaïrin apud flumen Salsum, à sacra Rituum Congregatione concessum die XXI. Junij

Anno 1682.

DVPLEX MAIUS

omnia ut in Feste Triumphi s. Crucis, ut in SS. Hispania præter Lectiones secundæ nocturni, ut infra habentur.

In primis vesperis fit commemoratio diei octavæ Patronor. Gadicens.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Ex Chronicis, & Historijs illius temporis quas recentiores sequuntur.

Lectio iv.

ALboaces Mauritanix Rex, Tie-mezeni regno debellato, & multa-

multarum ditionum accessione, ac victorijs insolens magno præterea furore incensus in Christianos, à quibus Abomelicus eius filius paulo ante fuerat cum exercitu casus, innumerales penè barbarorum copias in Hispaniam traiecit. Iucephum Granatæ Regem belli socium ascivit. Tarifam obsedit: qua expugnata reliquam Hispaniam se devastaturum minabatur, Christianamque Religionem funditus everfurum. Quo tempore Alphonsus vndecimus Castellæ Rex, vt ferocissimi hostis impetum retardaret, divinum numen precibus, ieiunijs, pijs operibus placandum in primis curavit. A Benedicto XII. sanctissimo Pontifice peccatorum indulgentias obtinuit: cum Alphonso IV. Portugaliz Rege socero suo Christianæ fidei defendendæ societatem coniunxit.

R. Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra. * Per quem salvati, & liberati sumus. V. Tuam Crucem adoramus Dñe, & recolimus tuam gloriosam passionem. Per quem salvati.

Lectio v.

EXercitum igitur divini patrocinijs, Crucisque insignibus communitum, Alphonsi duo Castellæ, ac Lusitaniz Reges, Hispali in hostem ducunt: & ab Agidio Albornocio Archiepiscopo Tolerano, primum re divina peracta, Christianique Domini nostri corpore

reverenter suscepto, militum deinde animis peccatorum confessione, ac sacris præcationibus confirmatis, & ad pugnam oratione erectis, Castellæ Rex adversus Albohazem, & numero suorum, & virtute confisi aciem instruit. Lusitaniz Rex in Granatæ Regem progreditur, & flumine Salso transmissis, nostri tertio kalendas Novembris, anni Domini mille simi trecentessimi quadragesimi, prælium cum barbaris hostibus acerrimum committunt.

R. Dum sacrum pignus cœlitus triumphat, Christi fides roboratur.

* Adsunt prodigia divina invirga Moy si primitus figurata.

V. Ad Crucis conspectum fugantur infideles, & Dei Magnalia referantur. Adsunt prodigia.

Genio vi.

DIVINA virtus maximè hoc in prælio enituit: nam ab exiguo Christianorum exercitu, infinitæ propè modum Barbarorum copię profligatæ, atque occisæ sunt: ex nostris paucissimi desiderati. Barbari Reges cum paucis equitibus fuga elapsi. Quam obrem Alphonsus Rex Castellæ, cuius virtute gestares est, Deus cunctis re vera fuit, tantæ victoriæ beneficium acceptum referens, Romano Pontifici Benedicto, vt vero Dei Vicario, regium vexillum, atque ex hostium præda spolia prætiosa misit. Quæ solemnî pompa excepta, & Pontifice, sacroque Cardinalium, senatu divinis laudibus celebrata sūt.

Itaque in plurimis Hispanie Ecclesie, eo die anniversaria solemnitas est instituta, quo Crucis potentia clarissima in victoriam Christianis peperit, & de Barbaris hostibus triumphavit.

R. Hoc signum Crucis erit in celo, cum Dominus ad iudicandum venerit. * Tunc manifesta erunt abscondita cordia nostri.

V. Cum federit filius hominis in sede maiestatis sue, & coeperit iudicare seculum per ignem. Tunc manifesta. Gloria Patri. Tunc manifesta.



FESTA NOVEMBRIS.

In Festo. Patrocinij Beata Mariae Virginis, duplex maius.


Quod festum celebratur in tota Hispania ex concessione Alexandri VII.

Gadibus, & in Diocesi, celebratur precipue Dominica secunda mensis Novembris ea scilicet, quae venit post Dominicam 1. Lamentandarum Novembris.

Omnia ut in Dedicatione S. Mariae ad Nives die 5. Augusti exceptis lectionibus secundae nocturni, quae sumantur de quinta die intra octavam Nativitatis B. M. quae incipiunt Dei filius, cum nona lectione Homiliae, & commemorat. Dominica, in Laudibus, & utrisque vesp.

Annus, in quo octava omnium Sanctorum veneris in hac Dominica fit officium de octava. Officium verò Patrocinij eo anno omittitur, & tunc pro lucrana indulgentia cantantur ante Missam una de octava altera verò de patrocinio; ita decrevit

Sacra Rituum Congreg. 16. Iunii. anno 1663.



Die 12. Novembris.

in festo S. Didaci de Alcalá, Confessoris. In tota Diocesi, duplex maius; omnia de communi Confess. non Pontificis.

Ad vespertas.

Ant. Beatus Didacus, cum reliquis de Laniabibus.

Psalmi. Dixit Dominus; cum reliquis de Dominica, & loco ultimi Psalmi: Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. 1. Corinth. 1.

Fratres: videte vocationem vestram; quia non multi sapientes secundum carnem; non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes.

Hymnus.

Fallacis vndas saeculi,
Munditque fugit retia,
Ducente Christi Spiritu,
Primis ab aenis Didacus.
Deserta dum perit loca
Corpusque cattigat summa
Perfundit illum largius
Caelestis imber praxie.
Sublime mox scandit iugum
Francisci iter per arduum,
Et Sancta per vestigia,
Seque arctius ligat Deo.
Immun da quidquid appetit,
Miratur, & quidquid caro,

Calcat, relinquit negligit,
Lucretur vt Christum sibi,
Jesu tibi sit gloria,
Qui magna solus officis,
Cum Patre, & almo Spiritu,
Per seculorum secula, Amen.

V. Ora pro nobis Beate Didace.

R. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Ant.

Tanto Beatus Didacus erga Christi pauperes amore flagrabat, vt cum illorum calamitates pro voto subleuare non posset, vim lacrymarum profundens, verbis eos dulcissimis solaretur.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas concede propitius humilitati nostræ, vt pijs Beati Didaci Confessoris tui precibus, ad pereanem in Cœlis gloriam sublimari mereatur. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum. Inuitat.

Deum, cui semper humilium deprecatio placuit, venite adoremus.
Psalms. Venite.

Hymnus.

INopem Canamus Didacum
Cœli bonis prædixim,
Humilem Canamus Didacum,
Ad celsa vestum sydera.

Christi potens, ô dextera!
Que suscitât de pulvere
Egenum, & inter Principes,
In se se sublimi locat.

En qui reliquit omnia,
Fœlix recepit omnia,
Illustribus miraculis
Latè coruscat inclytus.
Corpus, flagellis sepius
Quod asperis effligerat,
Orore fragrat plurimo,
Et membra sinat languida.

Summo Patri sit lumini,
Natoque Patris gloria,
Et cum Beato Spiritu
Cunctis in ævum seculis, Amen.

IN PPIMO NOCTVRNO.

Ant. Cum Beatus Didacus agrotorum fratrum Romæ curam gereret, in publica inopia, apud Christi pauperes, omnia abundant.

Ant. Servo suo iter agenti mensam paravit Deus, & verò Israëlita in deserto cibaria ministravit.

Ant. Egrotos signo Crucis obfirmans, Oleo lampadis ungebat, multorum varios languores mirabiliter Crucis virtute sanabat.

V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

R. Et stolam gloriæ induit eum;

De Epistola prima B. Pauli Apostoli, ad Corinthios.

lectio i. Cap. i.

VERBUM Crucis per euntibus quidem stultia est, ijs autem qui

salvi sunt, id est nobis. Dei virtus est. Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens Vbi scriba? Vbi conquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis sal vos facere credentes: Quoniam; & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt, nos autem prædicamus Christum, Crucifixum, Iudæis quidem scâdalum, gentibus autem stultitiâ: Ipsi autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam; quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Resp. Beatus Didacus in adolescētia sua cepit Deo servire in timore, & simplicitatē: * Corpus suum caltigans, & in servitutem redigens.

V. Pœnitentis habitu suscepto in solitarium locum secessit. * Corpus suum.

lectio ii.

Videte enim vocationem vestrâ fratres, quia non multis sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ

non sunt, vt ea quæ sunt destrueret; vt non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quem admodum scriptum est: Qui gloriatur in Domino gloriatur.

R. Seraphici Francisci Religio-nem professus, summa humilitate in ea per omnem vitam permanfit, * vt omnibus præluceret sanctitatis exemplo.

V. Tanto studio in regulæ observatione versabatur. * Vt omnibus.

lectio iii.

ET ego cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ; annuntians vobis testimonium Christi. Nō enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hūc Crucifixum. Ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, & Sermo meus, & prædication mea, nō imper-suasibilibus humane sapientiæ verbi & virtutis: vs fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Sapientiam autē loquimur inter perfectos, sapientiā verō, non huius sæculi, neque principum huius sæculi, qui destruuntur; sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est: quæ prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum huius sæculi cognovit.

R. Ille est, qui contempsit vitam mundi

mundi, & pervenit ad cœlestia regna; * & inventus est in numero Sanctorum.

V. Ille est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est. * Et inventus. Gloria Patri. * Et inventus.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Ant. Puerum è succenso furno extractum, Sanctę Dei genitricis auxiliō matri incolumem representavit.

Ant. Corpus, quod vivens Spiritus Sancti Templum fuerat, mortuum non computruit, sed suavi odore omnes mirifice recreabat.

Ant. Puella surda, & muta, & paralypsi debilitata, Beati Didaci mortui manu tacta, illico sensus recepit, totoque corpore est roborata.

V. Os iusti meditabatur sapientiam.

* Et lingua eius loquetur iudicium.

lectio iv.

REX Regum ante omnia sæcula Christus Dominus qui propter salutem hominis perdit, in plenitudine temporis factus est homo, Ecclesiam suam vnicē dilectam, suoque præcioso sanguine acquisitam, supra firmam petram, cui firmitatem dedit, in se ipso summo angulari lapide à Christiana Fidei primordiis edificavit, & usque ad sæculi consummationem, per omnes temporum ætates mirabiliter edificat: divinū

verō, & admirabile imperium, nis artificium, nec in statu sapientia capit, & diabolica invidia superbia contremiscit. Nimirum, inter misericordiarum, qui facit mirabilia solus, hanc divinam structuram in Beati Didaci initij profectu, & fine, per eximiam sanctitatem, his temporibus mirifice demonstravit: ut verum sit, quod omni sæculo, omnique temporum ætate, Sanctus Sanctorum Deus, Ecclesiam suam dilectam Beati Francisci meritis, non solum fecit novæ prolis multiplicat, sed Sanctorum syderibus quotidie exornat.

R. Infirmorum curæ præfectus, fratres ægrotos omnibus charitatis officijs prosequabatur: * Et quorundam vlcera lambendo abstergebatur.

V. Eximia in eo fides, & gratiarum curationum eluxit. * Et quorunda.

lectio v.

NATVS igitur Beatus Didacus in Hispania, in odipido Provinciæ Bæticæ, nomine Sanctus Nicolaus de Portu, Diocesis Hispalensis, circiter annum millesimum quadragenarium genere, & parentibus humilis, sed virtutibus clarus. ut qui magnus futurus erat à minimo inciperet. Et is quidem, ut secundus ager cœlestis gratiæ imbre irrigatus, vberes fructus cito protulit: nam adolescens ex medio Babylonis fugiens, hoc est, ex laqueis, & periculis sæculi, pœnitentis habitum in datus in propinquam solitariam Ecclesiam,

una cum pio quodam Sacerdote spiritualis vitæ duce, & socio quasi Angelicæ exercitationi opportunam succelsit; ubi novus Christi miles in huius fallacis rerum despicientia, in humilitatis operibus, in Angeli Ecclesiæ proximi cultura, & laboris manuum suarum, ac elemosynarum alimonia, in subveniendis proximis, in corpore edomando, & spiritu subiciendo, & cælestium contemplatione se assidue exercens magna cum opidanorum ædificatione præclarum tyrocinium possuit.

R. In simplicitate, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali. * sed in gratia Dei conuersari sumus in hoc mundo.

V. Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. * Sed in gratia.

Lectio vi.

Post aliquod verò annos, ut se artioribus vinculis Christo adstringeret, & à mundi temporibus, quam longissime discederet & sub suavi obedientie iugo Deo se curius, & fructuosus serviret; in portum Seraphicæ Religionis Sancti Francisci, quam tutius apulit, eamque in Conventu de Arizasa Fratrum Minorum de Observantia, inire decrevit, regulamque professus, unus quidem omnibus erat habitus, unum pietatis institutum, dispar tamen eius observationis studium, virtutumque accretio. Hic autem iam Athleta Christi amplissimum virtutum stu-

dium ingressus quæ retro sunt obliuiscens, & ad ea, quæ sunt priora se extendens, capit omni contentione corporis, & spiritus persequi (divina gratia suffragante) bravium supernæ vocationis. Quamvis enim laicus, & de numero converforum, absque humanarum peritiâ maxima cum cordis simplicitate regulam adeo tenaciter memoriæ commendavit, ut sciscus alioquin rudis eam verbatim didicit, sic ad præscriptum illius ad amussim, toto tempore vitæ suæ inviolabiliter vixit.

R. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemplabilia elegit Deus. * Ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius.

V. Quod stultum est Dei sapientius est hominibus. * Ut non gloriatur. Gloria Patri, &c. Ut non gloriatur.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Ant. Adolescens in Beati Didaci sacello orans, & vigilans à miserabili daemonis vexatione curatur.

Ant. Meritis Beati Didaci parturiens à propinqua morti liberatur, foetus mortuus ad vitam revocatur.

Ant. Dixit Beatus Didacus in somni quiete filio Regis: confide in Domino, Princeps, quia sanus fies & mox è summo vitæ periculo liberatur.

V. Lex Dei eius in corde ipsius.

R. Et non supplantabatur greffus eius.

**Lectio Sancti Evangelij secundum
Matthæum.**

Lectio vii.

In illo tempore: Accesserunt Discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas maior est in Regno Cælorum. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi. Ex Homil. 59. in Matth.

ET advocans Jesus parvulum stetit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in Regnū Cælorum. Curiose (inquit) scrutamini vos: quis vestrum maior sit, & de primatus honore contenditis: Ego autem si quis humiliorem se ceteris non effecerit, ipso ingressu cælesti omnino indignum assero. Recte autem ante oculos monstratione parvuli totam remposuit, ipso aspectu eos convertens, ac persuadens, ut absque simulatione aliquam humilitatem amplectantur.

R. In Canaria magna cum martyrij Palmam se consequuntur um sperare: * Non martyriæ voluntas, sed voluntati martyrium defuit.
P. Deo illum reservaute, ut multos Christo lucrificeret. * Non.

Lectio viii.

Parvuli autem non invidere, nec inanem expectare gloriam, nec

primatus desiderare dignitatem non verunt, sed maximam hanc virtutē possident, puram dico simplicitatē, & humilitatē. Non ergo fortitudine tantum, ac prudentia, sed humilitatis quoque virtute, & simplicitate nobis opus est: quæ si non adest, salus nostra certe claudicat. Parvuli enim nec si contumelientur, aut verberentur, afficiunt odio; nec si laudantur, aut honorantur, vlla commoveantur arrogantia. Vides quomodo rursus ad præclara naturæ opera nos provocant, ut ostendar possē nos voluntatem istam non cisci, & perniciosam Manichæorum rabiem acutē concidit gladio? Sic enim natura per se mala est, cuius gratia Philosophandi exempla inde traxit.

R. Animam Deo reddimus, Certe manibus assumpta, summo pietatis affectu dicere cepit. * Dulce Lignum, dulces Clavos, dulcia ferens pondera.

P. Et in illius suavissimo amplexu obdormivit in Domino. * Dulce Lignum. Gloria Patri, &c. Dulce Lignum.

Lectio ix.

Parvulum autem ætate, & quidē mea sententia, valde parvulum, qui ab omnibus esset Passionibus Liber in medio statuit. Illa enim ætas omni arrogantia, omni gloriæ inanis furore, omni livoris in sania, omni contentionis cupiditate, ceterisque huiusmodi affectibus immunis est. Cumque præcipuis multat

virtutibus simplicitatis scilicet. & humilitatis, de nulla istarum superbit, ita duplici Philosophia ornatus, nam, & hæc bona possidet, & nihil sibi propter hæc arrogat. His de causis in medio parvulum statuit.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes, & per horas. Ant.

Beatus Didacus studium virtutis ingressus: Carnem suam laboribus, & flagellis: vigilijs, ac ieiunijs edomabat.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis in Dominica.

Ant. Orationi semper intentus Dei colloquio iugiter fruebatur.

Ant. In schola Orationis divini, eruditus de rebus celestibus sensus mysticos proferebat.

Ant. Ad insulas Canarias missus, infideles multos ad Christi fidem verbo atque exemplo perduxit.

Ant. Opes in sermo Dei copiosum charitatis spiritum, & singulare apud Deum gratiam agnoscebant.

Capitulum 1. Corinth. 1.

Fratres: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem; non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ itulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes.

Hymnus.

Mundi Redemptor optime,

Qui mortem mortem destruis;
Tuam Crucem Sanctissimam,
Omnes ad astra tollimus.

Dilexit iliam Didacus,

Amore dulci saucius

Illamque post te fortiter,

Consortis triumpho sustulit.

Carnem rebellem comprimens

Escam malorum pestilens,

Sensusque confixit tux

Tecum ipsi confixus Cruci.

Tandem ad Beata premia

Athleta fortis evolans

Suavi sopore solvitur,

Care Crucis complexibus.

Te Christe clementissime,

Veniam precamur supplices;

Tu pro tuis fidelibus

Audi precantem Didacum, Amē.

Oratio. Ora pro nobis Beate Didace.

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Bñs. Ant.

Ad Beati Didaci corpus surdi audiunt, muti loquuntur, paralytici sanantur, ab obelsis corporibus demones repelluntur, agroti ad vitam ab ipsa mortis limine revocantur.

ORATIO.

Omnipotens sempiternè Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut sortia quæque confundas: Concede propitius humilitati nostræ; ut pijs Beati Didaci Confessoris tui precibus, ad perennem in Cælis gloriam sublimari

mari mereatur. Per Dominum.

Ad Magnificat. *Ant.*

Ad Tertiam.

Ant. Orationi. *capitulum.* Fratres videre. *Resp. breve.* Amavit eum Dominus.

Ad sextam.

Ant. In scola.

capitulum. 1. Corinth. 1.

Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quem admodum scriptum est. Qui gloriatur in Domino, gloriatur.

Resp. breve. O iusti.

Vers. Lex Dei.

Ad Nonam.

Ant. Omnes.

Capitulum. 1. Corinth. 1.

Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum & hunc Crucifixum.

Resp. breve. Lex Dei eius.

Vers. Iustum deduxit.

In secundis vespers.

Ant. Beatus Didacus, cum reliquis de Laudibus.

Psalmi, Capitulum, & Hymnus, ut in 1. vesp.

Vers. Ora pro nobis, ut supra.

Beatus Didacus, dum tempus suae resolutionis instaret, Crucem amplexus, & oscularus, atque oculis in vitale Lignum defixis, & verba illa magno affectu pronuntians: Dulce Lignum, dulces Clavos, dulcia ferens pondera, quae sola fuisti digna portare Regem Coelorum, & Dominum. Sanctam Deo animam reddidit.

Deinde fit commemoratio sancti Martini Papae, & martyris.

FESTA DECEMBRIS.

Die 8. Decembris.

In festo Conceptionis Beatae Mariae Virginis. In tota Diecesi, duplex prima classis cum octava.

Si hoc festum venerit in Dominica 2. Adventus, fit de eo cum commemoratio Domine, in laudibus, & utriusque vespers. Ad vespers, & reliquas horas, omnia ut in Breviario commemoratio tantum Adventus.

In secundis vespers, fit commemoratio sanctae Leocadiae Virg. & Mart. Adventus.

Die 9. Decembris.

Et 2. in seagstavam Conceptionis.

Fit de S. Leocadia Virgine, & martyre duplex, cum commemoratione activa, & feria in Laudibus. In secundis vespers commemoratio beatae, & feria.























Die 10. Decembris.

Et 3. *infraacturam* Conceptionis B.

Maria.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Leguntur Lectiones de scriptura acen-
rente.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

De Sermone Sancti Augustini
Episcopi. sermo 18. de sanctis in medio

Exultat Maria, & Matrem se la-
ta miratur, & de Spiritu San-
ctose peperisse gaudet; nec quia
peperit innupta terretur; sed quia ge-
nuerit, cum exultatione miratur. O
famina super feminas benedicta
quæ virum non novit, & virum suo
vtero circumdedit. Circumdat virum
Maria Angelo fidem dando, quia He-
va perdidit virum Serpenti consen-
tiendo. O felix obedientia! O insig-
nis gratia! Quæ dum fidem humili-
ter dedit Cœli in se opificem corpo-
ravit. Hinc promeruit gloriam, quæ
ipsa postmodum hausit. Ecce, ait, ex
hoc Beatam me dicent omnes gene-
rationes.

Resp. iv. Conceptio gloriosa.

Leffio v.

OBATA MARIA, quis tibi

dignè valeat iura gratiarum, ac lau-
dum præconia rependere, quæ sin-
gulari tuo assensu mundo succurri-
sti perdit? Quas tibi laudes fragili-
tas humani generis persolvat, quo so-
lo tuo commercio recuperandi aditū
invenit? Accipe itaque quascumque
exiles, quascumque meritis tuis im-
pares gratiarum actiones, & cum sus-
ceperis vora, culpas nostras orando
excusa. Admitte nostras preces intra
sacrarium exauditionis, & reporta
nobis anridorū, & conciliationis.

Resp. v. Cum incunditate.

Let's us.

Sit porro excusabile, quod per te
inordinatus; fiat impetrabile,
quod fida mente poscimus; ac-
cipe quod offerimus, redona quod
rogamus, excusa, quod timeamus;
quia tu es spes unica peccatorum.
Per te speramus veniam dilectorum
& in te beatissima nostrorum est ex-
pectatio premiorum. Sancta Maria
succurre miseris; iuva pusillanimes,
refove flebiles; ora pro populo inter-
veni pro Clero; intercede pro devo-
to foemineo sexu; sentiant omnes tuum
iuuamen, quicumque celebrant tuam
Sanctam Conceptionem.

Resp. vi. Conceptio tua.

IN TERTIO NOCTVRNO.

**Lectio Sancti Evangelij secundum
Mattheum.**

Лѣтъ 7. Gap. 1.

Liber Generationis Jesu Christi,
filiij

filij David, filij Abraham, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hieronimi Presbyteri. Lib. I. Comment. in Matth. in initio.

In Isaia legimus: Generationem eius quis enarrabit? Non ergo putemus Evangelistam Prophetam esse contrarium, ut quod ille impossibile dixi affatu, hic narrare incipiat; quia ibi de generatione divinitatis, hic de Incarnatione est dictum. A carnalibus autem cepit, ut per hominem Deum discere incipiamus, filij David, filij Abraham. Ordo prae posterus, sed necessario commutatus. Si enim primum possuisset Abraham, & postea David, rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texe retur.

Resp. vii. Bearam medicent?

Lectione xiii.

Idem autem ceteris praetermissis horum filium nuncupavit, quia ad hos tantum est facta de Christo promissio ad Abraham, in semine inquit, tuae benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Ad David; De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Notandum in genealogia Salvatoris, nullam Sanctarum assumi mulierem, sed eas, quas scriptura reprehendit, ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens omnium peccata dele-

ret. Vnde, & in consequentibus Ruth, Moabitidis ponitur, & Bethsabee vxor David. Resp. viii. Felix namque es,

Lectione ix.

Lib. I. Comment. in Matth.

Jacob autem genuit Ioseph. Hunc locum obiecit nobis Julianus Augustus dissimulans Evangelistarum; cur Evangelista Mathaeus Ioseph dixerit filium Jacob, & Lucas cum filiam appellarit Heli; non intelligens consuetudinem scripturarum, quod alter secundum creaturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen Deo iubente, praeceptum, ut si frater, aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris, vel propinqui sui. Ioseph virum Mariae. Cum virum audieris, suspicio tibi non fubeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, quod sponsi viri, & sponsae vocentur uxores. Ze Deum laudamus.

In Laudibus fit Commemoratio feriae, & s. Melchias Papa, & mart.

Gadibus, & in tota Diocesi vespera integra s. Eutichij martyris, commemoratio, & feria.

Die II. Novembris.

In festa s. Eutichij martyris, Gadibus duplex missa. in Diocesi, duplex.

PREST Aquilum omni potens
Deus, ut qui Beati Eutichij martyris
tui natalitia recolimus, intercessionem
eius in tui nominis amore roboremur.
Per Dominum.

omnia de communi unius martyris.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Gadibus, leguntur lectiones: Fratres
debitorum sumus, ut in communi pluri-
morum martyrum.

In Diocesi, de scriptura occurrente.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Lectiones, de expositione Sancti Am-
brosij Episcopi. In Psalm. Principes
persecuti sunt.

INTERTIO NOCTVRNO.

Horilia in Evangelium: Si quis vult
venire. Omnia de communi unius mar-
tyris.

In laudibus fit commemoratio: octa-
ua Conceptionis, & feria.


In secundis vespertis fit commemoratio
S. Damasi Papa, & Confessoris, & octa-
ua, & feria.

Die 12. Decembris.

In festo San. Damasi Papa, & Confes-
soris, semiduplex (fuit heri) omnia
in Breviario, cum commemoratione Octa-
ua Conceptionis, & feriæ in Laudibus.


Vespere integra S. Lucie virginis,
& martyris, commemoratio: S. Damasi, &
octava, & feria.

si vero sequens dies fuerit Domini-
nica, in secundis vespertis S. Damasi, à Ca-
pitulo fit de Dominica, cum commemora-
tione festi precedentis, & octava.



Die 13. Decembris.

Fit de S. Lucia virgine, & martyre,
duplex, ut in Breviario, cum commemo-
ratione octava Conceptionis, & feria, in
Laudibus, & secundis vespertis.



Die 14. Decembris.

Es septima infra octavam Conceptionis
B. M. V. in octava Conceptionis.

IN PRIMO NOCTVRNO.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

Sermo S. Joannis Chrysostomi,
apud Metaphras.

Leccio id.

DEI filius non divitem, aut locu-
pletem aliquam feminam. sibi ma-
trem elegit, sed Beatam Virginem
cillam, cuius animad intuitibus, ora-
ta erat. Cum enim Beati Mariæ supra
homini humanam naturam castitate
servaret, propterea Christum Domi-
num in vtero concepit. Ad hanc igitur
Sanctissimam Virginem, & Dei
Matrem accurrentes, eius Patrocini-
umque iuvantem assequamur. Itaque
quacumque estis Virgines, ad Ma-
trem Domini confugite. Illa enim
pul-

pulcherrimam, preciosissimam, & incorruptibilem possessionem Patrocinio suo vobis conservabit.

Resp. iv. Conceptio gloriosæ.

Lectio v.

Magnum & vera miraculū fratres dilectissimi, fuit Beata sēper Virgo Maria. Quid namq̃ illa, maius aut illustius vllō vnquā tempore inventum est, seu aliquādo invenire poterit? Hæc solæ Cœlum, ac terram amplitudine superavit.

Quid nam illa Sanctus? Non Propheta, non Apostoli, non Martyres, non Patriarche, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim, nō denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles, aut invisibiles maius, aut excellentius inveniri potest. Eadem ancilla Dei est, & Mater, eadem Virgo, & genitrix.

Resp. v. Cum iucunditate.

Lectio vi.

Hæc eius Mater est, qui à Patre ante omne principium genitus fuit, quem Angeli, & homines agnoscunt Dominū rerū omnium. Vis ne cognoscere quātō Virgo hæc præstantior sit cœlestibus potentissimæ enim timore, & tremore afflūta tacitæ velātes suam, hæc humani genus illi offert, quem genuit. Per hanc & peccatorum veniam consequimur. Ave igitur mater, Cœlum, Puella, Virgo, Thronus, Ecclesiæ nostræ decus, gloria, & firmamentum,

assidue pro nobis precare Jesum. Filium tuum, & Dominum nostrū, & per te misericordiam invenire in die iudicii, & quæ reposita sunt ijs, qui diligunt Deum, bona consequi possimus gratia, & benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul, & Sancto Spiritui gloria, honor, & imperium nunc, & semper in sæcula sæculorum, Amen.

Resp. vi. Conceptio tua.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Lectio Sancti Evangelij secundum Matthæum. Cap. i.

Lectio viii.

LIBER generationis Jesu Christi, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi. *Homilia 2. in Matth. post initium.*

AVDITV quidem mirabile est, quod ineffabilis Deus, & qui nec sermōnibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendī, Patrique per omnia cœqualis per Virginitis ad nos venit vterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habet progenitores David, & Abraham, & quid dico David, & Abraham? Etiam illas, quod magis stupendum est, feminas, quas Paulo ante memoravi. Hæc igitur audiens, mente conturbes, nihilque humile suscipis, sed potius prop-

ter hoc ipsum maxime mirare, quia
eum verus, & dilectus Filius sit sem-
piterne Dei, etiam filius David esse
dignatus est, modò, vt te filium face-
ret Dei; seruum patrem habere dig-
natus est, vt tibi seruo patrem face-
ret ipsum Deum.

Resp. vi. Beatum me dicent.

lectio viii.

VICES ab ipso statim principio,
quam lata sint hęc nuntia. Quod si
ambigis de his, quæ ad tuum spectat
honorem, ab ijs, quæ illius sunt, etiã
tua discere credere. Quantum enim
consequi potest humana ratio, mul-
tò est difficilius Deum hominem fie-
ri, quam hominem Dei filium conse-
crari; cum ergo audieris, quia filius
Dei, filius Dei, filius sit, & David, &
Abrahæ: dubitare iam desine, quod
& tu, qui filius es Adæ, futurus sis fi-
lius Dei. Non enim semetipsum ita
humiliaffet, nisi nos esset exaltatu-
rus. Natus est enim secundum car-
nem, vt tu nascerere spiritu; natus est
ex muliere, vt tu desineres esse filius
mulieris.

Resp. iiii. Felix namque.

lectio ix.

Propterea duplex facta generatio
est, hæc, scilicet, nostre similis,
illa nostram eminenter exce-
dens. Quod enim natus ex femina
est, & nobis comperit; quod verò
non ex voluntate carnis, & viri, sed

ex Spiritu Sancto; aliam nobis subli-
miorem, futuramque, & spiritu con-
sequendam generationem promit-
tit. Sed alia quoque omnia ex simili
diversitate costabant. Nam, & Bap-
tisma profecto tale suscepit, quod ha-
beret, & novi; quod enim baptizans
est a Propheta expressit vetus, quod
autem descendit spiritus adumbrat
vit novum.

Te Deum Laudamus.

*in Laudibus commemoratio feria occur-
renti.*

*Vespera integra dici octava Conceptio-
nis, vt in primis vespersis festi comemora-
tio feria, & s. Eusebii Episcopi, & mar-
tyr.*

*¶ Si dies sequens octava fuerit Do-
minica, vespere erunt hæc modo, Ant. &
psalmi de psalterio, vt in sabbato, Capitu-
lum; & reliqua de Doménica 3. Adven-
tus, commemoratio octava in vtriusque
vesperis, & Laudibus; sed officium semi-
duplex.*

~~~~~

*Die 15. Decembris.*

*in octava Conceptionis, duplex.*

**IN PRIMO NOCTVRNO.**

*Lectiones de scriptura occurrentes.*

~~~~~

*¶ Si hæc dies vel alia infra octavam ve-
nerit in feria quarta quatuor Temporum*

lectiones primi nocturni leguntur vt in

die festi Conceptionis, cum nona lectione

Homilia, & commemoratio feria.

IN SECUNDO NOCTVRNO.

De expositione s. Gregorij Papæ.

In libros Regum. In 1. Reg. 1.

Ecclēsia iv.

EVit vir vāus de Ramathaim so-
phim, de monte Ephraim, Po-
test montis nomine Beatissima
semper Virgo Maria, Deigenitrix de
signari. Mons quippe fuit, quæ om-
nem electæ creaturæ altitudinem e-
lectionis suæ dignitate transcendit:
An non mons sublimis Maria? Quæ
vt Conceptionem æterni Verbi per-
tingeret, meritorum verticem supra
omnes Angelorum Chores, vsque
ad solium deitatis crexit? Huius e-
nim mortis præcellentissimam dig-
nitatem Isaias vaticinus ait; Erit in
novissimis diebus preparatus mons
domus Domini in vertice montium.
Mons quippe, in vertice montium
fuit, quia altitudo Maria supra om-
nes Sanctos refulsit.

Resp. iv. Conceptio gloriosæ.
Ex Epistola S. Leonis Papæ ad Pul-
cheriam Augustam. *Epist. 13. ante
medium.*

Ecclēsia v.

SACRAMENTVM reconcilia-
tionis nostræ ante tempora æterna dis-
positum, nullæ implebant figuræ:
quia nondum supervenerat Spiritus
Sanctus in Virginem, nec virtus al-
tissimi obumbraverat ei; vt & intra
incomerata viscera, ædificante sibi sa-
pientia domum, Verbum carosceret,
& forma Dei, ac forma servi, in vna
conueniente personam creator tem-
porum nosceretur in tempore; Sepa-
quem facta sunt omnia, ipse inter

omnia gigneretur, nisi enim novus
homo, factus in similitudinem car-
nis peccati nostram susciperet vetu-
statem, & consubstantialis Patri, con-
substantialis esse dignaretur, & Ma-
tri, naturamque sibi nostram solus
peccato liber veniret, sub iugo dia-
boli generaliter teneretur humana
captivitas.

Resp. v. Cum iucunditate.
De expositione S. Basilij Episcopi in
Isaiam Prophetam. *In Cap. 8, post ini-
tium.*

Ecclēsia vi.

ACcessi, inquit ad Prophetissā,
in utero accepit, & peperit fi-
lium. Quod Maria Propheti-
ssa fuerit, ad quam proxime accessit
Isaia per prænotionem Spiritus, ne-
mo contra dixerit, qui sit memor ver-
borum Maræ, quæ prophetico affla-
tā spiritu, elocutæ est, quid enim ait?
Magnificat anima mea Dominum,
& exultavit spiritus meus in Deo sa-
lutari meo: quia respexit humilita-
tem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generatio-
nes. Quod si animum accommodave-
ris vniuersis eius verbis, non vtique
contentiosa negaveris eam fuisse Pro-
phetissam, quod Domini Spiritus in
eam supervenerit, & virtus altissimi
obumbraverit ei. *Resp. v.* Concep-
tio tua.

IN TERTIO NOCTVRNO.
Lectio Sancti Evangelij secundum
Matthæum.
Lectio vii. sub Cap. 1.
LIBER generationis Iesu Christi,
filij David, filij Abraham, Abraham

genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

De Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

DVO sunt, quæ pariunt questionem. Vnum quæ causâ sit, ut ingenerationum Catalogo virgo fileatur: alterum verò, quâ ratione Joseph memoretur, & cui certè nihil cum Christi generatione est commune. Viderur enim, & vnum abundare, & alterum de esse. Quid ergo dicemus? Quod utique primum illud necesse fuerat memorari, quemadmodum ex David Virgo descenderit. Vnde hoc itaque discemus? Audi ad Gabriel loquentem Dominum. Vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph, ex domo, & familia David. Quid vis audire manifestius, cū ex domo, & familia David illam Virginem esse cognoscas.

R. vii. Beatam me dicent.

Lectio viii.

NON erat mos apud Hebræos generationum Catalogum per feminas texere. Ut ergo, & morem custodiret, ne in ipso itarim principio videretur antiqua destrueretur, & nobis Virginem certius indicaret; parentes eius reticens, atque maiores de Joseph generatione non tacuit: siue enim hæc fecisset in Virgine, no vitatis non efugisset invidia; siue Joseph reticuisse, non agnosceremus ex qua tribu Virgo subsisteret. Ut ergo, & nos discernere mus, quæ esset Maria, vel unde; & consuetudo legis permaneret immobilis, genera-

tionum Catalogum, vsque ad ipsum eius perduxit, ac de domo illius David esse monstravit.

Resp. viii. Fœlix namque.

Lectio ix.

HOC enim declarato illud quoque pariter ostendit, quod scilicet, inde esset, & Virgo, quia utique nequaquam iustus iste pateretur uxorem sibi aliunde, quam vnde lex præcipiebat, eligere. Possumus verò aliâ quoque, & altiore quidem proferre rationem, ob quam Parentes. Virginis prætermissi sunt; sed quæ ea est? Noluit Evangelista, recenti adhuc tempore novi illius, admirandique partus Judæis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed à nobis de Patrum, atque in signum virorum traditione susceptus. Te Deum laudamus.

In Laudibus sit commemoratio, feria, & S. Eusebii Episcopi, & Mart. in 2. vesp. commemoratio feria.

Die 30. Decembris.

In Festo Translationis S. Iacobi Apostoli, duplex maius, omnia ut in sanctis Hispania cum nona lectione Homilie, & commemoratione Dominice infrascriptam Nativitatis Domini; nisi Dominica contingat transferri quia tunc sit solum commemoratio octavarum. In secundis vesp. nis commemoratio S. Silvestri Papa, & Conf. & Dñica, & octav.

Ad laudem Omnipotentis Dei Beatæque Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum.

IN

JANVARIVS.

Sanctorum Fœlicis, & Januarij martyrum, semiduplex, fol. 1.
SS. Nominis Jesu, duplex maius, fol. 1.

FEBRVARIVS.

S. Valentiaï mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 7.
S. Rufini martyris, duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 2.

MARTIVS.

S. Hilarij Episcopi, & martyris, duplex, fol. 9.
S. Theodori mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 10.
S. Gabrielis Archangeli, duplex, fol. 10.

APRILIS.

S. Theodoræ mart. duplex, propter insignem reliquiam, fol. 16.

MAIVS.

Inceduli mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 17.
Inventionis S. Crucis Titularis S. Ecclesiæ Gadicensis, duplex
prima classis, cum octava, fol. 18.
Coronæ Spineæ Domini, duplex maius, fol. 20.
S. Isidori Agricola Confessoris, duplex, fol. 28.
S. Vbaldei Episcopi, & Confessoris, duplex, propter insignem
Reliquiam, fol. 32.

SS. Epirasij, & Basilæ Pontificum, & mart., duplex, fol. 33.

IUNIVS.

S. Firmi martyris, semiduplex, fol. 34.
Dedicationis Alnæ Ecclesiæ Gadicensis, duplex primæ classis,
cum octava, fol. 34.

S. Viti martyris, duplex, propter insignem Reliquiam. fol. 36.

JVLIVS.

SS. Lucæ, & Sociorum martyrum, semiduplex, fol. 37.
S. Aquilæ Episcopi, & martyris, duplex, fol. 37.

AVGVSTVS.

S. Telephori martyris, duplex, propter insignem Reliquiam,
fol. 38.

- S. Dativi martyr, duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 30.
 S. Severini mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 39.
 S. Prosperi mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 39.
 S. Honorati mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 39.
 S. Romuli mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 40.
 S. Vitimæ mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 40.
 S. Giobini mart. duplex, propter insignem Reliquiam, fol. 40.
 SS. Nominis B. M. V. duplex maius, in Dominica infra octav.
 Nativ. B. Mariæ Virginis, fol. 41.
 SS. Mariæ Sufanæ, & Marthæ martyrum, duplex mai. fol. 46.
 S. Herculiani mart. duplex, propter insign. Reliquiam, fol. 47.

OCTOBER.

- Solemnitas SS. Rosarij B. M. V. duplex maius, fol. 47.
 SS. Ursulæ, & sociarum virginum, & martyrum, duplex, propter insignes Reliquias, fol. 48.
 SS. Servandi, & Germani martyrum, Patronorum, duplex, prime classis, cum octava, fol. 48. ex. Virgine.
 Die XXXI. Victoria de Benamarin, apud flumen Salu. Termoplèx maius, fol. 60.

NOVEMBER.

- Patrocini B. M. V. duplex maius, fol. 62.
 S. Didaci de Alcalá Confessoris, dup. maius, fol. 62.

DECEMBER.

- Conceptionis B. M. V. duplex primæ classis, cum octava, fol. 69.
 S. Eutichij martyris: Gadibus, duplex maius, in Diocesi, duplex maius, fol. 72.
 Translationis S. Jacobi Apostoli, duplex maius, fol. 76.

* * * F I N I S. * * *